ctus ſit nullus omni reſpectu nullo mō
pōt ꝯfirmari ꝑ iuramentū.eſſet eni im/
poſſibilis ꝯfirmatio niſi ꝓſupponamus
aliquod ſubiectū ꝯfirmandum de elec.
audit.facit.c.ad diſſoluēdū.de deſpon.
impu.ꝛ Inno.in.c.cū dilectus. de elect.
ꝑ eundē in.c.prudentiā.de offi.delega.
vbi dicit ꝙ actus nullꝰ ex defectu ſolen
nitatis nō pōt ꝯfirmari niſi actus ex ſo
la volūtate pēdeat ꝯfirmand.l.adoptō
ff.ꝺ adop.facit.iij.q.vi.hoc quippe. ꝛ tē
plenitudo ptātis illū actū ꝯfirmat. Cū
ergo in cāu nr̄o ꝯtractꝰ ſit prorſus nul
lus nec dependeat a voluntate ꝯtrahē
tis nō pōt iuramēto ꝯtrahētis ꝯfirma
ri.nec iuramentuz videt̄ habere aliqđ
vinculū.cū ſit ꝓſtitū ſup iure tercij ꝛ ſu
per actu nō dependente a ptāte iurātis
de fo.ꝯpe.ſi diligēti.ꝛ in regula acceſſo
rium.de re.iur.li.vi.imo expreſſe dicit̄
lex ꝙ iuramentū inꝑpoſitū ꝯtra legem
non tenet.l.iuriſgentiuz.§ vlti.ꝛ.l.ſe.ff.
de pact.Innocl.in.c.pleriq̄.de pact.vbi
allegat illā.l.etiā in.l.non dubiū. C. de
legi. ¶ Tercio cū minor ꝯtraxit contra
ſtatutū facit ꝯtra bonos mores.q̄ eniz
legē ꝯtemnit moribus abutit̄.ff. de iu/
ſti.ꝛ iu.l.veluti.ꝛ.l.iuſticia.§. ꝓcepta.er
go tale ſtatutū tanq̄ reprobatoriū con
tractus irritat iuramentū.vt in regula
nō eſt obligatoriū de re.iuris.li.vi.
Quarto ſtatutū contractuz iſtum vt ſi/
mulatū ꝛ annullans ipm iuramentuz
pōt ex cā fieri ꝛ in hoc lex ciuilis habꝫ
poteſtatē apoſtolici.ad hoc tex.ꝛ glo. ī
.l.adigere.§.quāuis.ff.de iure pa.ꝛ i.l.
ſiquis inquilinos.de leg.i.et.l. vt iure
iurā.ff.de ope.libe.nā ꝛ ꝓnceps pōt in/
terpretari ꝛ addere ex cauſa ad ius di
uinuz ſicut in illo.in ore duoꝝ vel triū
ſtat omne ꝟbum.et cum lex ciuilis in
teſtamento requirit ſeptē teſtes adeo ꝙ
vno deficiente corruit totū inſtrumētū
alias teſtamentū in.l.ſi vnus. C. de te/
ſta.ꝛ in donatione cā mortis requirūt
q̄nq̄ teſtes.l.fi. C.de donatl.cā mor.fac
ij.q.iiij.ꝓſulꝰ.ꝛ qđ nō.in.l.fi. C.ſi contra
ius vel vti.pub.ꝛ per Innocē.in.c.que
in eccleſiaꝝ.de conſti. naz ꝛ ſtatuit ius
ciuile ſup voto.l.iiij.ff.de pollicl. ¶ Qn̄
to cū lex ſiue ſtatutū ꝓſumat ꝯtractum
ſimulatū ꝛ fictíciuz quod pōt.l. qui ad
certum.ff.loca.ꝛ. C.de donatl.añ nup.
auc.ꝫ iā neceſſe facit.c.is qui fidem.de
ſpo.c.ad noſtrā.de emp.ꝛ vend.ꝛ.c.illo
vos.de pigno.ꝛ.l.teſtamentū.ff.de pro
ba.ꝛ.l.omnes.§.lucius. q̄ in frau. cre/
dito.ergo iuramentū ſup tali cōtractu
ꝓſtitum nō eſt obligatoriū.ad hoc glo.
in.l.iij. C.plus valere quod agit̄ nam
tantū operat̄ fictio in caſu ficto quātuz
veritas in cāu vero vt in iure ꝑalle.et
i.l.iij.§.ait ꝓtor.ff. de negl.geſ. ¶ Sexto
arguit̄ ſic ad hoc vt iuramentū ſit lici/
tum debet habere tres comites videlꝫ
iudicium.veritatē ꝛ iuſticiā etſi iſta de
ficiant nō iuramentū ꝫ periuriū ē cen/
ſendū .xxij.q.ij.animaduertendū.et in.c
etſi xp̄us.de iureiurā.ſed in cāu noſtro
nō habuit hos comites cum fuerit in/
terpoſitū contra legē ſuperioris et i ca
ſu ficto et ſimulato et a lege damnato.
et ſic nō habuit veritatē nec diſcretōez
nec iuſticiā ergo nec inducit vinculum
¶ Septimo et vltimo inſtatur ſolenni
tates ſunt introducte in fauorez publi
cum ſiue intelligimus de ſolēnitate ꝓ
batoria ſiue formali hinc eſt ꝙ ꝓuatus
nō pōt eis renūciare vt i.c.fi.de re iudi
li.vi. C.de teſta.l.antiq. C.ad vell.et.c.
qꝛ ꝓpter.de elec.ergo nec iuramentum
remitti poteſt qꝛ pacto et iuramēto pri
uato ius publicū remitti non poteſt ꝺ
fo.ꝯpe.ſi diligenti.et in.l.ius publicum
.ff.de pact. In contrarium deducūtur
multa alia argu.et ꝓmo nam ſicut ſta
tutū ꝓhibet hūc minorē cōtrahere ſiñ
certa ſolēnitate.vt. C. de ꝓdi.mi.nō ali

per totū.et tamē ſi in alienatiōe īterue
nit iuramētū non obſtante ſolēnitate
a lege requiſita tenet alienatio ⁊ ſic iu/
ramentū cōtra legē preſtituʒ eſt obſuā
dum in aud. ſacramēta pubez. C. ſi ad
uer.ven. ſicut eciaʒ ꝓhibetur alienatio
fundi dotalis. C. de rei vx.acc.l.rē in ꝓ
ſenti.§.cū autē ipothecaʒ.ff.de fun.do.
per totū.et eciā res donata ꝓpter nup/
cias vt in aud. ſiue a me ad vell.et tam
multipliciter mulier compellit in caſu
ſeruare iuramentū vt in.c.cum contin
gat de iureiurand.⁊.c.licet eo.titu.li.vi
¶ Item ſeruat in pacto ꝺ non ſuccedē
do quod reprobatur a iure.l.pactum.
C. de coll.et tamē iuramēto firmat vt
in capi.q̄uis de pac.in vi.ſed aliud vi/
detur ſentire ⁊ min' bn̄ glō.iuris ciuil
vt dicta.l.pactum ⁊.l.rem in preſenti.§.
⁊ cum a me. ¶ Secundo iuramentum
tanq̄ ſpirituale nō ſubicitur diſpoſitio
ni laicoꝝ.ſpectat eni ad forū eccleſiaſti
cū decernere an valeat vel non valeat
vt in.c.venerabilē de elec.⁊ in.c.nouit
de iudi.et in.c.tua de ozd.cog.⁊ in.c.la
toz in fi.qui fi.ſint legit.ergo ſtatutum
predictū reſpectu iuramenti nichil pōt
ſtatuere vel preſumere ergo iuramētuʒ
non reprobatū lege canonica vel diuia
neceſſario eſt obſeruādum vt in.c.ſi ꝟo
⁊ in.c.ſi xp̄s de iureiurand. ¶ Tercio
non debʒ admitti indirecte qd directa
via ꝓhibetur vt in capitulo tue de ꝓcu
ra.et in.c.cum quid de re iudi.li.vi. Sʒ
directe non ꝑt ius ciuile ſeu laici ſe im
pedire de iuramento ſeu alia re ſpūali.
vt in.c. decernim' de iudic.⁊ in.c.bene
quidem.xcvi.diſ.ergo nec indirecte de/
bet eis permitti qd eſſʒ ſi ſtatuta proh̄i
bēcia vel preſumēcia fictionē īpedirēt
vt eneruēt vires iuramēti. ¶ Quarto
iuramentū principaliter dirigit in deū
⁊ ſibi querit principalis obligatio vt ī
c.debitores de iureiurā.⁊ ī dicto.c.et ſi
xp̄s ergo nō pōt impediri nec tolli per
eundē nec ei' vicariū in ſpūalib'.ex cā
tamē non aliter vt ī ꝑdicto.ca.nouit de
iudi.⁊ qd legit ⁊ nō.ī.c.auctoritatē.xv
q.vij.⁊ ꝑ glo.in.c.cū.p.de renū.c.ſi is ꝙ
xxiij.q.iiij. ¶ Quīto ī ſpūalib' īſpicim'
pocius veritatē q̄ fictionē vt nō.archi
di.in.c.vnico de voto li.vi. Cum ergo
minoz iſte ex iuramēto ſuo vere agerēt
ſe obligare deo nō debem' attēdere ſi
ctōnē ſtatuti ⁊ hoīnū ſtatuētiū de' eni
coz reſpicit ⁊ id qd interi' agit non q̄d
ꝑ homines fingere ꝑſumit.xxij.q.iiij.ſi
quid inueniſti et.c.cū eterni de re iudi.
li.vi.⁊ ī.c.vt noſtꝝ vt eccia.bñfi. ¶ Sex
to ꝑiurijs via aperiri nō debʒ in.c.cuʒ
contingat de iureiurā.c.clericos de co
habi.cle.⁊ mulie.l.ij. C. de iudi.⁊ in cō
cernentib' periculū anime ꝑſumim' in
partē tuciozē vt nō.in.c.vnico de ſeru/
ti.et.c.iuuenis de ſpōſ.ſʒ tenendo ꝙ iu/
ramentū nō valeat ī caſu predicto ape
riret via ꝑiurijs ⁊ q̄nq̄ periuriū ōmit/
titur ceſſante vera ſimulatiōe ōtractus
ergo debem' in partē tuciozē inclinare
vt iuramētū valeat nec ꝑſumet ſimula
tio nec veritate ceſſante iuramētū ſine
cauſa euitat ¶ Septimo ⁊ vltimo argu
itur ſic vnicuiq̄ licʒ renūciare iuri ⁊ fa
uori ꝓ ſe introducto vt in.c.ad apoſto
licā ꝺ regula.⁊ ī.l.ſi q̄s ī ōſcribēdo. C.
de pac.maxime cū interpoſitiōe iuram̄
ti vt in.c.cū ōtingat de iureiurā.⁊ in.c.
ij.de pac.li.vi.ſed hoc ſtatutū ⁊ ſimiles
diſpoſiciōes emanāt in fauozē minozū
vt de ſe patet et ſentit Barto.in.l.ſi q̄s
ꝓ eo.ff.de fideiuſ.⁊ Dy.in regula non
eſt obligatoziuʒ de regulis iuri li.vi.er
go ſaltē cū iuramēto licuit renūciare.
Ad ſolutionē hoꝝ duoꝝ dubioꝝ cōde
ſcēdens xp̄i eiuſq̄ʒ matris necnō Aga
the glozioſe patrone mee noib' iuoca
tis Primo recitabo opi.ꝑncipales q̄s
in iure repio Secūdo ſubnectaʒ quid ī
genio meo breuiter videt. Et pri.d.iac.
de.bel.tam in filiofam̄.q̄ in minore ꝓ
hibito contrahere ſine certa ſolēnitate
diſputauit queſtionē quid iuris ſi con
traxit cū iuramēto nō ſeruata ſolēnita
te ſtatuti ⁊ ōcluſit in filiofa.ꝙ dicto ca
ſu iuramētū nō dat robur actui.cuʒ q̄a
eſt acceſſoriū ad ōtractū nulluʒ ergo ni
hil valet in.l.non dubiū. C. de legi.cuʒ
quia cōtra bonos mores nā tales con
tractus prebēt cauſā depdādi parētes
⁊ peccādi.l.i.ad macedo.⁊ in regula nō
eſt obligatoriū de regulis iuri.li.vi.er
go ⁊c̄. De minore dicit idē de iure ciui
li.ſed de iure canonico dicit euʒ obliga
ri ꝑ iura vulgaria iuris canonici et in
hoc reſidet ⁊ īcipit q̄ſtio lege puſina ca
uet ꝺ qua in addi.ſpe.in.ti.de ſen.et de

hís que ípam ſequuī.§.cū aūt.de reſti
in inte.§.i.poſt finē.i.colū.do.bar.tāgit
in auc.ſacramēta pubez.C.ſi aduerſ*
vē.⁊ latius in.l.ſiquis pro eo.ff.de fide
reliqui.in.l.ſi is cui bonis.ff.de verbo
obli.⁊ i.l.ſeyus ⁊ augerius.ff.ad.l.fal
⁊ plene in repetitiōe.l.oēs populi.ff.de
iuſti.⁊ iur.⁊ tandē videt ɔcludere.aut
lex dirigit verba ꝓhibentia in pſonam
⁊ tūc nec ɔtractus valet cōtra legē ſeu
ſtatutū vel iuramentū qꝛ peccat viuē/
do ɔtra legē ſupioris vt plene tetigi in
articulis primo loco factis etiāſi aliq̄d
nō fingat. Aut verba ɔferunt ad rem
⁊ nō ad pſonā vt qꝛ dicit ꝙ bona mio/
ris nō pñt alienari.ꝛc.⁊ tunc ſi lex etiā
nihil pſumit in ɔtrariū valet iuramen/
tum etiāſi ſtatutū expſſe ānullet iuram̄
tum ar.c.cū ɔtingat de iureiu.⁊ in auc
ſacramēta pubez.ſecus ſi dicat in ſta/
tuto ꝙ nemo aliter ɔtrahens pſumat
dolo ⁊ fraude inductus ad ɔtrahentū
Do.ange.ſimpliciter ſequit illā diſtin/
ctionē.Bar.an verba dirigant in rem
an in pſonā.⁊ pmo cāu valeat iuramē
tum.Scdo nō.⁊ ita ɔſuluit in quodaꝫ
conſilio quod incipit domine Katheri
ne.Do.bal.tangit in auc.ſacramenta
pubez.⁊ dicit ꝙ etiā ſtatuta ſi non fin
gāt dolū ⁊ ſimulationē.tñ ſi hñt ratio/
nem ⁊ equitatē puta quia malicia ho
minū illius loci erat multū ꝓmpta ad
decipiendū minores talia ſtatuta ānul
lātia iuramentū valēt nec iuramentuꝫ
eſt obligatoriū nā cū habeāt equitateꝫ
⁊ rationē naturalē nō poſſunt dici iur
ɔtraria. ¶ Fatet tamē bonā eſſe caute
lam que in multis locis ſeruat vt con
tractus cōtra ſtatuta geſti pſumantur
dolo extorti ſeu metu.ꝛc. ¶ Sed idem
Bal.in.l.nō dubiū.C.de legib⁹.in pe
nul.col.vult tradere aliā theoricā.dicit
enim de iure canonico eſſe dicenduꝫ ꝙ
interdictū tollit cauſaꝫ ꝓhibitionis iu
ris fictione tūc ſeruandū eſt iuramentū
verbi gratia ſi cauſa ꝓhibitionis ē mi/
nor etas iuramentū fingit maiorē ⁊ idō
tenet ɔtractus.ſecus ſi nō tollit cauſā
ꝓhibitionis. Exemplū ſtatutū ꝓhibet
minorem cōtrahere quia fingit dolum
certe ſecundū illud iuramētuꝫ nō tollit
cauſam doli pſumpti ⁊ ideo nihil ope/
ratur iuramentū ar.de legi.l.ſiquis in

quiſitionis.§.ſi.tantū igit operat iura
mentū quantū pōt operari in cauſa et
nō plus.nec ob.ſcdm eū.c.ij.de pact.li.
vi.qꝛ ibi cauſa ꝓhibitionis erat de iu
ſticia poſitiua ⁊ mutabili.nō ꝺ iuſticia
imutabili ⁊ ideo ibi iuramentū poteſt
operari.Illa aūt eſt imutabilis cū trāſ
greſſio nō inducit peccatum de iure di
uino.Illa vero iuſticia imutabilis cu
ius trāſgreſſio inducit peccatuꝫ qꝛ ius
diuinuꝫ eſt imutabile ⁊ in hoc fundat
ſcdm eū.c.nō eſt obligatoriū.de re.iur.
li.ſexto.hec ſunt vera quando agit de
efficacia iuramēti reſpectu iurantis ſꝫ
quando prohibitio concernit aliū ꝙ iu
rantē iuramentū vnius alij obeſſe non
poteſt.vt nō.C.de bo.que li.l.fi.§.filijs
autē. ¶ Ex pdictis breuiter concludit.
ꝙ aut iurat ſup iure ꝓprio aut contra
ius tercij.pmo caſu aut ratio ꝓhibitio
nis fundat ſup eq̄tate naturali ⁊ non
valet iuramentū ā fundat ſup quadā
eq̄tate poſitiua.et tūc valet iuramentū
¶ Tercio cāu nō valet iuramentum q̄
dīa dicit bene notanda.ad.c.debitores
de iureiur.Credo ꝙ iuramentū ſuper
viur ē ꝓhibitū in altero extremo ſcꝫ in
recipiēte ſꝫ nō eſt ꝓhibitum in ꝓmitten
te.ideo ꝓmittēs dꝫ obſeruare iuramen
tum.nō in fauorem vſurarij ſꝫ habēdo
reſpectū ad diuini numinis religioneꝫ.
qꝛ deo iurat.poteſt tam̄ peti abſolutio
vt in.c.i.ij.eo.ti.p Bal.in dicta.l.nō du/
bium.et demū ꝑ eum in l.fi.C.de ñ nu.
pec.⁊ in.l.pactū qd dotali.C.de collat.
⁊ in.l.ſeyus et augerius.ff.ad.l.fal.
Frede.de ſenis ɔ.ilio.cc.xlv.alʼs.iiij.in
ſiſi qdē nō videt facere dīaꝫ an ſtatutū
dirigat ꝟba ꝓhibitionis ad reꝫ.an ad
pſonā.imo omni caſu ſentit ꝙ agēs cō
tra ſtatutū.eſt trāſgreſſor legis.⁊ cōclu
dit ꝙ iuram̄tū eſt obligatoriū.licꝫ dicat
ɔtrahentē ſecū teneri ad relaxationem
iuramēti.de q̄ tñ infra dicam in penul.
dubio.ſꝫ tñ nihil attingit ibi qñ ſtatu/
tū pſumit dolū ſiue ſimulationeꝫ.ſentit
tñ ɔtra illā diſtinctiōeꝫ Bar.⁊ idē Do.
Pe.de ancha.i repetitiōe.c.canonū.de
ɔſti.dicit eni hāc diſtinctiōeꝫ eē ꝟbalem
qꝛ ſtatutū ānullando ɔtractū ſatis vi/
det ꝓhibere ɔtrahentib⁹ ne attemptēt
contrahere.c.quia contra iura.de reg.
iuris.li.vi.⁊ verba collata i rē ɔcernūt



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pocius ꝑſonā ꝙ̃ res.c.tanta de exceſſi-
ꝑla.et nō refert cū quo ꝗs loq̃tur i.l.cū
pater.§.donationis de leg.iij.vñ cōclu
dit iuramētū obligatoriū ſiue ↄcernat
rem ſiue ꝑſonā.nō tamē attingit expreſ
ſe qñ ſtatutū preſumit dolū ſeu ſimula
cionez vel metū vel ꝗd ſimile.ſed ſatis
videt̃ ſequi Bal.in dicta auct.ſacramē
ta puberꝫ ex cauſa exiſtēte valeat tunc
ſtatutū reprobās iuramentum.⁊ idez
do.Car.refert in hoc vltimo ſe cōſulu
iſſe in.c.cum contingat eo ꝙ ſtatutū pt
preſumere dolū ſiue aliā iuſtam cauſā.
et quia tunc cōtrahens ſatis videt̃ in
dolo ar.c.ꝗ ↄtra iura mercat̃ de regul̃
iuris li.vi.⁊ Jo.d lig.⁊ do.eps Vincē
cius valētiſſim⁹ canoniſta eciam repro
bat illā diſtinctōez Barto.i preall̃.c.cū
ↄtingat ꝓdicta raciōe.qꝛ quãꝙ̃ lex pro
hibeat ſimpliciter tam̄ ↄtrafaciēs trāſ
greditur legē licꝫ verba ñ dirigãtur ad ꝑ
ſonam dicta.l.non dubiū nec eſt veruꝫ
ſcdm Jo.de lign.ꝙ quilibꝫ faciēs ↄtra
legem peccat mortaliter eciā ſi lex ſit ꝓ
hibitiua.niſi ſit cauſa ꝑpetua ꝓhibitio
nis cum alias lex in caſib⁹ permittat ⁊
ſic non pōt eſſe mortale. Do.Anto.de
bu.in dicto.c.cum contingat ſpreta illa
diſtinctōe Bar.cōcludit ꝙ ſtatutū ha/
bens fundamentū ſolū fauore illius ꝗ
iurat ꝙ iuramentū ſemꝑ obligat eciaꝫ
ſi in cōſequencias remotas adſit ꝓhi/
bicioni fauor publicus veluti ꝙ liberi
ꝑeant̃ vel ꝙ ciues diuites maneant
locupletes et nō depauperent̃.quia in
quantū preceptū dirigit̃ ad perſonā fa
uore perſone preceptū ſapit naturā cō
ſilij.ff.mandati.l.i.⁊ in.l.cū pater.§.mā
dato de.leg.ij.l.ticio in prin ff.de cōdi.
⁊ dmo.cum ſi.ꝓ hoc qꝛ precepta intelli
gunt̃ ſcdm naturā materie ſubiecte.xi.
q iij.rogo.Vnde ſcdm eū talia iuram̄
ta ſunt ſeruanda niſi lex ſtatuendo i ꝓ
hibendo habꝫ ad aliud ꝙ̃ ad fauorem
⁊ fragilitatē iurātis dū tñ iurās ſit do
li capax de delict.pue.c.i.⁊.ij.et hoc pu
tat verū eciamſi ſtatuta annullēt iura
menta vel prohibeant qꝛ ꝓhibere iura
menta nō ſpectat ad iudicē ſecularem
nec ad legem ciuilē ꝓ hoc qd nō.Hoſti
en.in.c.quēadmodum de iureiurand.
cum fre.in loco preal.Jdeꝫ dicit ſi ānul
laret inſtrumēta vel fraudem preſume

ret alia nō apparēte cauſa ꝓſumēdi vel
ſi ponerēt penas veniētibus ad contra
ctū qꝛ ōnia talia cōfringi poſſent ad ex
cludendū iura iuramentalem obligati
onem via indirecta vel directa fieri nō
poteſt cōtra regulā cū quid de regulis
iuris li.vi.⁊ in.c.quāto de ꝓiuil̃.nec ob
ſtat ſcdm eū qd dicitur de voto in.l.ij.
ff.de polli.quia non valēt leges inquā
tum infringūt votū ad hoc qd nō.glo.
in.c.mulier.xxxij.q.ij.⁊ qd ſcribit Fre.
cōſilio.cclxiiij ſed hoc intelligitur ſcdm
nō.per Inno.⁊ per hoc puto ꝙ alio ex/
trinſecꝫ.non accedente iuramentū obli/
get ꝓdigum dū tamē ſit ſenſus capax
quicꝗd ſenſerit Fred.in conſilio.xxx.et
Bar.in.l.is cui.ff.de ver.ob.ad hoc qꝛ
inq̃rendo equiparatur pupillo pubertati
ꝓximo vt nō.in dicta.l.is cui et ex deli
cto obligat̃ vt ibi nō.ergo ex iuramēto
de delic.pue.c.i.⁊.ij.nō obſtat ꝙ interdi
cta ſit ei adminiſtratio nec ꝑ hoc inter/
dictuꝫ eſt iuramētum nec interdici pōt
nec obſtat ꝙ lex equiparat euꝫ furioſo
quia non attendit̃ in hoc equiparatio le
gis ⁊ quia totum ſit fauore ſuo nec ob
ſtat ꝙ legis reſiſtencia īpediat natura
lem obligationē ff.de fideiuſſ.l.cum.l.
et in.l.ſi nō ſortē.§.i.ff.de condi.indebi.
pari ergo racione iuramentū vt.xcij.q.
vlt.iuramenti.qꝛ illud verū quando il
li ꝓhibicioni conſonat ius diuinū vt i
locis preall̃. ¶ Jtem licꝫ poteſt infrige
re naturalem inquantum obligat̃ par
ti et eciam iuramentalem quo ad obli/
gatiōeꝫ ſecundariā que dirigit̃ in ptēꝫ
nō tamē infringit nec infringere pt ob
ligationē iuramenti inquantū pri⁹ di/
rigit̃ in deum nec in hoc tūc ſunt pari/
a ſimplex loquela et iuramētū qꝛ iura
mentū principaliter in deū dirigit̃ loꝗ
la in partē quo ad ei⁹ cōmodū lex potu
it obligationē impedire ad hoc.c.debi
tores preall̃.⁊ ſic aperte ↄcludit do An
to.quantū in ꝓmo dubio qñ lex preſu
mit dolū ſeu fictionē habuit veriſſimaꝫ
cauſā prohibendi ſec⁹ ſi fecerit mere fa
uore minoris hee ſunt principaliores
opi.ꝗs in materia reperio. Nunc ne ca
ptiuū intellectum ſubiciā quid in hijs
dubijs ſentio Vnde meliori iudicio ſē
per ſaluo cui me ſemper ſubicīo ſic puto
diſtinguendū ꝙ aut ſtatutum ſine aliꝗ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝑſumptione fraudis ꝓhibet aliā obli/
gationē ſeu aliū ↄtractū etiā ānullādo
iuramentū niſi tota ſolennitate ſuata
vt ī ſecūdo dubio. Aut ꝑſumit fraudē
dolū fictionē metū vl' quid ſimile vt in
ꝑmo dubio. Primo cāu dico iuramen/
tū indiſtincte obſeruandū ⁊ qd̓ p̄ncipa
liter in fauorē ipſius iurāt emanāt ſta
tuta licet in ↄſequētiā ⁊ ſecūdario con
cernit fauorē publicū ſiue v̓ba ſtatuti
dirigant̄ in ꝑſonā vt null' minor ſe ob
liget ꝛc̄. ſiue dirigant̄ in rem vt qd̓ res
minoris nō pōt obligari niſi ꝛc̄. ⁊ ꝑ h̓.c
cū ↄtingat de iureiurā. ⁊ c. licet. eo. tit.
li. vi. ⁊ in. c. ij. de pact. eod̓. li. ⁊ in auc̄. ſa
cramenta pubeꝝ. C. ſi aduerſus vēdi.
nā in iurib' p̄allc. fit ꝓhibitio fauorē ꝑ/
ſone p̄ncipaliter ⁊ ſecūdario fauore pu
blico vt in iurib' p̄allegatis iūcta. l. i. ff.
ſol. ma. ⁊ nō. bar. in. l. ſiquis pro eo. ff. d̓
fideiuſſ. ⁊ Dy. in regula iuris nō ē ob/
ligatoriū. licet eni lex potuit q̄ ad ↄmo
dum ſubiecti ⁊ incōmodū alteri' impe
dire obligationē ↄ̄tenus adquirit̄ par
ti. nō tñ potuit ↄ̄tenuſ adq̄ritur deo p̄n
cipaliter ⁊ eſt in iuramēto. ⁊ hoc cū ꝑ/
ſtatur ī materia ↄcernente p̄ncipaliter
ipm iuramentū. ad hoc qd̓ nō. in. c. nō
eſt. de voto. ⁊ in. c. ſi x̄p̄us. de iureiurā
⁊ in. c. ſiquis. xxij. q. iiij. ad hoc optime
facit qd̓ nō. Inn. in. c. ij. de regul̄. et trā.
ad reli. vbi dicit ꝙ in his ſp̄ualibus iuſ
naturale prefertur poſitiuo. Unde cō/
cludit quo ad offerēdū filiū ordini nec
eſt dr̄a inter patrē ⁊ matrē. facit. c. ſi an
num. de iudi. li. vi. vnde cum ↄtractus
minoris habeat ſtū eſſe ſcd̓ꝫ naturalē
equitatē ⁊ ſcd̓m ius gentiū et inuenit
iuramentū nō eſt curandū de ſolēnita/
tate iuris ciuilis obmiſſa. iuramentuꝫ
enī ſupplet omnē defectū ſolennitatis a
iure ciuili inductū vt ī dicta auc̄. ſacra
menta pubeꝝ. ⁊ ꝑ hoc vltimū ↄtrariuꝫ
factū ad ꝑtem negatiuā. ꝓcedit eniꝫ in
ſolēnitate inducta in fauorē publicum
p̄ncipaliter. ſꝫ iſta ſolennitas de qua in
ſtatuto fuit introducta in fauorē mino
ris vt ꝓbatur in ſili in auc̄. ſacramēta
puberū. alias autē iuramentuꝫ nō va/
leret cui' ↄtrarium ibi decidit̄. ad idem
quod nō. glo. in. l. ſi is. ff. de predijs mi
nor. non ali. ¶ Ad predicta facit quod
legitur ⁊ nō. in. l. i. C. de ſa. ſanc. eccle.

In ↄcernentib' enim animam attendi
mus ſolennitatem iuriſgentium ⁊ non
iuris ciuilis vt ibi nō. ⁊ in. c. relatum.
de teſtamen. nec potuit lex ciuilis exp̄ſ
ſe reprobare iuramentum etiamſi mio
res erant ſoliti in tali iuramento deci
pi quicquid dicat Bal. in preallc. auc̄.
ſacramenta puberum. hoc non ſpectat
ad legem ciuilem ſed ad papam ſpectat
diſcernere inualiditatē vel validitateꝫ
iuramenti. Ad idem quod nō. in. c. cuꝫ
ſit generale. de foro compe. ⁊ per Jo. an
in. c. ſi. eo. ti. li. vi. ⁊ xcvi. di. ſi imperator
vbi expreſſe dicit ꝙ in iſtis ſpiritualib'
debet etiā Imperator habere recurſum
ad eccleſiam ⁊ facit quod ponit Fred.
conſilio. lxxxxi. vbi dicit non valere ſta
tutum laicorum ꝙ ex aliquo facto ſiue
geſto preſumit contractum vſurarium
puta ſi apparet ſolutio de minori quan
titate quam contineatur in inſtrumen
to intelligatur ↄtractuſ vſurarius nec
tangit ſpiritualitatem ideo nō poſſunt
laici ſuꝑ hoc ſtatuere in. c. ſi. de re. eccle
nō alienā. c. eccleſia ſancte marie. de cō
ſti. de ex. cogni. tuam cū ſi. facit etiā qd̓
nō. Johan. an. in c. ſtatutū. de here. ⁊ li.
vi. vbi concludit ſimile ſtatutum non
valere etiaꝫ reſpectu pene. vt ſi impona
tur pena contrahenti matrimonium
ſine conſenſu parentum ⁊ dico in ꝓpoſi
to ꝙ licet per ſtatutum laicoꝝ ꝓhibea
tur contractus non tamen decernetur
inualiditas iuramenti et quo nō ꝑſta
tur ſuper re turpi qd̓ non eſt de foro ſe
culari ſed eccleſie. de iudi. c. nouit. nec ī
hoc habet auc̄teꝫ apoſtolicam imo in
hoc immitteret falcē in meſſem alteriuſ
ſeu alienā nec deceptione ſeu leſione iu
rantiſ curauit Imperator in dicta auc̄.
ſacramenta puberū nec papa in. c. ij. de
pact. li. vi. ⁊ in. c. cum contingat. Nam
ꝓpter fragilitateꝫ ſexus et etatis expo
ſitorum multis deceptionibus emana
runt illa iura in fauorē minoris ⁊ mu
lieris. et tamē non reſiſtunt iuramēto.
ff. ad vell̄. l. ij. vbi dicitur ꝙ pretor in h̓
fuit ſecut' eq̄tatem naturalē vt tūc nō
reſiſtūt iuramēto vt ſupra. nec etiā pla/
cet dictū Bar. an verba conferantur ī
rem vel in perſonā qr dico ꝙ ſemper in
telliguntur collata in perſonam. ſi enī
reſ ꝓhibet̄ alienari ipa ꝑſona ꝓhibita
vr̄ ꝙ res per ſe alienari nō pōt. nō eniꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

debet inſpici cũ quo lex loq̃tur §. i quẽ
diſpoſitiõis effect⁹ dirigat⁊ vt dicit tex.
in.l.cum pretor.§.dona.ff.de leg.ij. pro
hoc qđ nõt glo.in.l.i.C.ne fideiuſ.do.
den.que dicit ꝙ ſi q̃s ꝓhibet dare alt
ꝓhibet accipere.ad hoc qđ nõ.Bar.i
l.ſi.ff.de accepti.⁊ in.l.penul.C.ne iure
iuran. Idem ergo ⁊ forci⁹ dicend̃ ſi res
ꝓhibet alienari quelibꝫ perſona intel/
ligit ꝓhibita. Notarij ex ſeipſis ⁊ alij
ſub inuolutiõe verboꝝ obripiũt iura
menta talia a minorib⁹ ⁊ maxie femis
q̃ nõ intelligũt qđ agũt hec autẽ v̾ba
do.Anto.q̃ ſunt elegãcia ⁊ q̃tidiana i
eo autẽ ꝙ diſtinguit inter maiorẽ ⁊ mi
norẽ quãtũ ad hunc caſũ ex toto non
placẽt puto eī ꝙ eciã maior poterit cõ
trauenire quantũcũq; illa v̾ba fuerint
late concepta data leſione enormi vel
enormiſſima.q: notarij hodie cõmunit̃
ſolẽt apponere illa verba ad maiorẽ va
liditudinẽ cõtractus cõtrahentes tamẽ
putãt illud eẽ verũ preciũ rei nec putãt
in aliquo decipi.vñ ſicut poſſent cõueī
re ⁊ petere ſaltẽ abſolutionẽ ſi dol⁹ intẽ
uenit ex ꝓpoſito ar.in ꝑdictis legib⁹ cre
ditor ⁊ .l.ab auidio ita ꝙ dolus intue/
nit re ipſa eq̃paratur eī dol⁹ ex ꝓpoſito
⁊ dol⁹ re ipſa vt in.l.ſi q̃s cuꝫ alit̃ paſſ.
⁊ in.l.ij.ff.de do.excep.⁊ hoc veꝝ niſi in
aliq̃bus circũſtanciis cõtrahentẽ appa
reat voluiſſe vere illud in quo fuit leſ⁹
donare ⁊ ſic põt intelligi.l.ſi q̃s donati
onis.ff.de contrahen.emp. ¶ In dubi
o enī quãtũcũq; illa verba late ſint cõ
cepta nõ ꝑſumaꝫ animũ donandi ſed
poci⁹ appoſita ex ↄſuetudine notarioꝝ
apponenciũ hec verba ſiue plus valeat
ſiue nõ.valet enī ar.a cõmuniter acci/
dentib⁹ vt in.c.i.de cle.nõ reſiden.⁊ qđ
ibi nõ.⁊ ad predicta facit dictũ nõ.ſpec.
de emp.⁊ ven.§.nunc diduũ.v̾ſi.quid ſi
vendideris equũ vnde ponit queſtiõeꝫ
de illo qui vẽdit equũ qui dolebat ſal/
uo ꝙ q̃ñ erat calefact⁹ in eundo ⁊ vẽdi
tor dixit Ego do tibi iſtũ equũ ꝓ ſtrabo
gibboroſo dolente ſpatulã et ꝓ haben
te oẽs magagnias nec volo ex aliquo
teneri an nichilominus teneat̃ ſi alias
ſpecifice nõ ꝓpalauit ⁊ ocludit ꝙ ſic q̃a
videtur fuiſſe deceptus emptor ꝙ ven
ditor falſitatẽ dixerat i aliis expſſatis.
vñ credit verſimilit̃ dixiſſe falſũ d̾ mor

bo ſpatularũ ⁊ ſic dico ad ꝓpoſitũ cum
notarij et cõtrahẽtes ſolent ad cautelã
verba lata ponere excludẽcia ↄ̃nia re/
media certe in dubio iſte nõ videt̃ doã
re vere vł pati ↄ̃nem leſionẽ. Unde i ſi
mili ſi locus interdicit̃ ne in eo celebrẽt
clerici ibi exiſtẽtes videt̃ īterdict⁹ ī iſto
loco celebrari adeo ꝙ ſi celebrãt cõtra
interdictũ incurrunt irregularitatẽ vt
in.c.is cui de ſent.excõi.li.vi.⁊ facit eci
am .c.quanto de ꝑuil.debem⁹ enī cape
re effectũ verboꝝ ⁊ non verba dumta/
xat vt in.c.fi.de renunc.li.vi.⁊ in.l.non
dubiũ.C.de legib⁹.reſiſtit enī legi qui
reſiſtit voluntati in ordinatõe legis vt
xi.q.iij.q̃ reſiſtit et in prealł.regula fi.et
ꝙ nõ ſit differẽcia ꝓbatur optime alia
ratiõe.lex dirigit preceptũ ad rẽ quod
res minoris nõ alienet̃ ſine iudicis de
creto ⁊ dicit lex qđ eſt factũ ↄtra legis
ꝓhibitionẽ nõ valeat vt.l.ſiquidẽ ⁊ in
.l.ad reſoluendã.C.de ꝑdi.mi.non ali.
hinc eſt ꝙ nulla orit̃ obligacio nec na
turalis nec ciuilis vt no.Bar.in.l.cuꝫ
lex de fideiuſſ.ergo minoris venditõ ſi
ne iudicis decreto peccat mortalit̃ qui
fuit trãſgreſſor legis ⁊ ſic non tenet̃ ad
obſeruãciam iuramenti qđ eſt falſũ vt
in auct.ſacramẽta puberꝝ ad idem in.c.
ij.de pac.li.vi.vbi dicit ꝙ lex ciuilis im
probat pactuꝫ factũ a filia de ↄtemptu
⁊ nullũ regreſſũ habeat ad bona pater
na ⁊ ꝓbat̃ in.l.pactuꝫ.C.de colla.ergo
filia paciſcẽs venit ↄtra ius ciuile ⁊ ſic
ↄtra petitũ ꝑ ſuperiorem ⁊ ſic ſcđm Bar
to.tanq; peccãs nõ deberꝫ compelli ad
obſeruantiã iuramenti cui⁹ ↄtrarium
apte ꝓbat̃ in.l.i.ff.de dona.inter vi.et
vxo.ne maritus ⁊ mulier mutuo amo
re ſe ſpoliẽt donando ⁊ interpoſitũ iurã
mentũ ↄtra ꝓhibicionẽ ſuperioris valet
vt ipſe Bar.nõ.in.l.ſeius ⁊ augeri⁹.ff.
ad.l.fal.⁊ Bui.d̾ cu.i.l.§ ſi poſſeſſori.§.
itẽ ſi iurauero .ff.de iureiurã.⁊ canoni
ſte in dicto.c.cũ cõtingat. ¶ Itẽ ad hoc
optie tex.in.l.qui ↄtra ſenat⁹ cõſultum
ff.de fideiuſ.mi.vbi dicit̃ ꝙ mutuãs fi
liofam.facit ↄtra ſenatus ↄſultũ ⁊ ta
mẽ verba ſenatus cõſulti macedoniãi
nõ dirigũtur ꝓceptiue ſed ꝓbatiue ad
ꝑſonam .ſed tñ dicit̃ ꝙ illi nõ det̃ actio
vt in.l.ij.ff.ad macedo.ergo aperte p3
ꝙ ex quo ſimpliciter aliquid prohibet̃

ne fiat ſatis videt̃ ꝓhibita pſonã ne fi
at ei ſic ſi faciat dicit̃ facere ↄtra legem
etiã ſi ꝓhibet dare ergo filiusfa. ꝓhibe
tur accipere vt in ſili nõ.glo.in ꝑalleg.
Bea.C.ne fide.do.den.⁊ tñ ſi minor ac
cipit ⁊ iurat obligat̃ iuramento vt ipe
met bar.voluit in.l.ſiquis ꝑ eo.⁊ ſic cõ
clude qd.c.cũ ↄtingat ꝓcedit generalit̃
vt exq̃ lex aliq̃d ꝓhibet ꝑncipaliter fa
uore pſone iurant̃ iuramentũ in cõtra/
riuʒ pſtitũ ⁊ obſeruandũ exquo nõ im/
minet peccatũ nõ ẽ ↄtra bonos mores
vñ dico ꝙ ſi iſte de cuiꝰ fauore ꝑncipali
ter tractat̃ iurauerit nõ peccat etſi ĩ ali
quo peccauerit iurãdo nõ tñ peccat ob
ſeruãdo imo peccat ↄtrauẽniẽdo. Pri
mũ ꝙ nõ peccauerit iurando ꝓbat̃. qꝛ
cũ lex ꝓhibuerit ꝑncipaliter in fauorẽ
pſone ⁊ eiꝰ ↄmodũ nõ intẽdit ipam p/
ſonã illaq̃are trãſgreſſiõe ad peccatum
ſʒ potiꝰ ipm ꝑuilegiare ne q̃d ſtatutũ eſt
ĩ fauorẽ tẽdat in damnũ ⁊ delictũ ↄtra
legẽ qd fauore.C.de legi. ⁊ ĩ regula ꝙ
ob gratiã.de regu.iur.li.vi. Nã iuxta
illud vulgare cuilibet licet renunciare
ꝑuilegio ſuo.l.ſiq̃s in ↄſcribendo.C.ð
pact.⁊ ĩ.c.ad apoſtolicã.de regul̃.vbi hʒ
optie ꝓbat̃ iſtud ꝑncipio.c.ĩ rõe decidẽ
di naʒ ibi in ꝑncipio dr̃ ꝙ añ vniꝰ anni
ꝓbationẽ regularit̃ inſtitutio ĩterdicit̃
⁊ tñ ibi decidit̃ q̃ñ añ annũ q̃s fuit ad
miſſus ad ꝓfeſſionẽ ꝙ efficacit̃ obliga
tur.qꝛ vtrq̃ ſcʒ recipiẽs ⁊ receptꝰ videt̃
renũciare iuri ſuo.al's fauori ſuo.ãnuſ
eni fuerat inductꝰ in fauorẽ vtriuſq̃.et
ſic apte ꝓbat illud.c.ꝙ ĩterdictio ſupio
ris emanata in fauorẽ ꝑuate pſone pt
is de cuiꝰ fauore agit̃ licite ⁊ ſine pecca
to renũciare.iuxta illud q̃ ñ vult bene/
dictionẽ elõgabit̃ ab ea.ad idẽ optime
iiij.di.c.hʒ ⁊ſi lcimꝰ.vbi idẽ ꝓbat̃ nõ eni
debemꝰ inſpicere ad v̑ba.l.an ſint ꝑcep
tiua vel ꝓhibitia q̃ ad effectũ illũ q̃ in/
de ſequit̃ ex trãſgreſſiõe.hʒ ꝑmo ad ſub/
iectaʒ mãm.ad hʒ cle.exiui de paradiſo.
de v̑.ſig.⁊.i.di.humanum genus.⁊ qd
ibi nõ.glo.⁊ ĩ cle.i.de teſti.⁊ ĩ.c. nã ↄcu
piſcentia.de ↄſti.exq̃ eni lex intẽdit ꝑui
legiare ſeu facere homĩes meliores liʒ
vtat̃ v̑bo ꝑceptiuo vel impatiuo nõ in
tẽdit illaq̃are ex trãſgreſſione ĩ peccatũ
ſʒ potius ſapit in ↄcilium qꝛ hʒ eſt de na
tura talis materie vt nõ.in iuribꝰ ꝑall̃

ꝓ hoc qd nõ. Inn.in.c.i.de vi.⁊ ho.cle.
⁊ gl.x.vi.q̃s.⁊ illud euãgeliũ va. et vẽ
oia q̃ habes ⁊ da pauperibꝰ.⁊ illd.oia
q̃ vultis vt faciãt vobis hoies vos ea
dem faciatis illis vt nõ.i.c. humanuʒ
genꝰ.ↄcor.ꝑdictis.l.cũ pr̃ ꝯ mãdo.ff. de
le.ij.hʒ vbicũq̃ ſupioris ꝑceptuʒ ẽ fũda
tum ſup publica vtilitate ſeu aiarũ ſa
lute ⁊ bõis moribꝰ.⁊ tẽ bñ ↄtrafaciẽs
peccat mortaliter et ita dʒ itelligi.c.ij.
de ma.et obe.⁊ ſiſia iura tã canõica q̃
cilia. Ad ꝑ̃ca belliſſime adduco tex. ĩ
.l.i.ꝯ.deinde q̃rit̃.ff.de op.no. nũci. vbi
nõ.vult tex.ꝙ ſi pꝰnouũ opꝰ nũciatũ cõ
ueniat cũ aduerſario vt opꝰ fiat valet
ↄuẽtio.⁊ nõ.ſbijcit tex.nec ẽ piculuʒ vt
pactio priuatoꝝ iuſſui ꝑtoris añpoſita
videat̃.nil aliđ ei agebat pretor q̃ hʒ vt
ↄtrouerſias eoꝝ dirimeret a q̃bꝰ ſi ſpon
te receſſerit debebit hʒ ratũ haber̃.ꝛc
Ex q̃bꝰ v̑bis ſingularit̃ ꝓbat̃ ꝙ lʒ ꝑtor
ſiue lex iubeat ĩ fauorẽ ꝑncipalit̃ priua
toꝝ pñt tñ ꝑtes de q̃ꝝ fauore agit̃ lici
te ↄuenire ne pacto aliq̃ iuoluant̃ ⁊ ſic
iuſſus ex ſe iportat neceſſitatẽ vt i.l.i.ff
ꝙ iuſſu.tñ ſecꝰ ẽ ſi fit ĩ fauorẽ ꝑuato cõ
ſentiente eo de cuiꝰ fauore ꝑncipaliter
agit̃. Ad idẽ adduco tex.i.l.iuriſgẽtiuʒ
ꝯ.ſi paciſcar.ff.ð pac.vbi dic̃ tex.gñali
ter obſeruãdũ vt ĩ ↄcernẽtibꝰ rẽ famili
arẽ valeat pactũ vel ↄuẽtio nõ obſtãte
lege ſeu ꝑtoris impio.ſecꝰ ĩ reſpiciẽtibꝰ
leſionẽ publicã ⁊ ſic põdera pactũ vt ñ
neceſſitet ſeu illaq̃at ad peccatũ ſi ↄcer
nit rẽ familiarẽ.ergo idẽ cãu nr̃o dicẽm
q̃litercũq̃ lex loq̃t̃ exq̃ ꝑncipalit̃ cõcer
nit minorẽ ꝑ q̃ ẽẽ dicerẽ circũſcripto iu
ramẽto valere ↄtractũ niſi ſtatutũ dice
ret ipʒ ↄtractũ nullũ. Adduco etiã tercõ
tex.i.l.i.ff.de feri.vbi tex.loq̃t̃ ꝑ v̑ba ꝓ/
hibitiua ↄcernẽtia pſonã dicẽdo ne q̃s
meſſiũ vindemiaꝝ tpe q̃ aduerſariũ co
gat ad iudiciũ venire vt ĩ oratiõe diui
marci exꝑmit̃ qꝛ occupati circa rẽ ruſti
cam ĩ foꝝ ↄpellẽdi nõ ſũt vt ſbijcit tex.
qd ſi fecerit aduerſariũ accuſari et iſte
ñ oppoſuit tʒ iudiᵐ ⁊ tñ iſte fecit ↄtra ꝑ
ceptũ legl.q̃ ſcdario magis ↄcernebat
vtilitatẽ publicã q̃ ĩ cãu nr̃o. Itẽ vt di
xi.S.poito ꝙ ĩ hʒ repiet̃ aliq̃d pc̃m ñ tñ
dʒ ꝑmitti vt vetat ↄtra iuramẽᵐ exq̃ in
eiꝰ obſuãtiã pc̃ʒ ñ nutrit̃ ne itꝝ peccet
⁊ hʒ ꝓbo aptiſſie lex diua ꝓhibʒ iurare

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſup̄ creatura vt i.c.etſi xp̄s etiſi iurāt cō
mittẽ.xxij.q.i.mouet et ꝑall.c.etſi criſt⁹
et nichilomin⁹ teneť obſeruare iſtō iuā
mētū ꝙ i ei⁹ obſeruātia iminet pc̄m̄ vt
i preal.c.mouet ⁊ optiſſiē h̄ ibi ꝯtra re
gulā dn̄i Bar. Nā vͣba iſta dirigūtur
ad ꝑſonā vt patz i ꝑalle.c.etſi xp̄us ibi
nolite iurare ⁊c.et tam̄ ſi iurāt.l.ꝯmiſſū
fuit pc̄m̄ i iurādo teneť tn̄ ad obſeruā
ciā iuramēti et idē videm⁹ i iuramēto
temerario.licz eni iurādo temē maleſe
cit.tn̄ ſi in ei⁹ obſeruāciā nō iminet pec
catū nec ꝯtra bonos mores iſtud ē obſ
uādū vt ꝓbať in.c.illicitū.xxij.q.iiij.vl
qꝛ ad ſi et facit qd̄ nō.i.c.cū q̄dā de re.
iur⁹. Ego puto circa hoc poſſe dari ta
ē theoricā ꝙ q̄ntūcūqꝫ iuramētū ſit te/
merariū ſeu illicitū exq̄ tn̄ nō ē ꝯtra bo
nos mores nec i eius obſeruātia immi
net pc̄m̄ ſꝫ eſt obſeruādū vt optie ꝓba
tur ꝑ ſup̄ allata ⁊ dico limitādū iſtud
qd̄ in iuamētū nō h̄ns illos tres comi
tes ē poci⁹ ꝑiuriū qꝛ tūc peccauit teme
re iurādo vn̄ exponit Archi.illō vͣbū
ꝑiuriū vl' illicitū ex ꝑuerſis iuramētuz
eſt tn̄ obſeruādū ne ex trāſgreſſiōe itez
peccz vt patz ex p̄dictis qd̄ ē notādum
vn̄ cū minor obſeruādo tal' iuramētuz
nō peccz cū ante veniat in ſui p̄iudiciū
c.ij.de pac.li.vi.debz ꝯpelli ad obſeruā
tiā vt i ꝑall.c.cū cōtingat ⁊ i auct.ſacra
menta puberꝝ ad q̄ facit.c.ſi.d̄ ꝑſcrip. vbi
papa tollit generalit̄ ōnes leges ōnia
ſtatuta oēm ꝯſuetudinē q̄ nō p̄nt ſua/
ri ſine pc̄ō mortali et in.c.cuz cōtingat
tollit legē ꝑ quā apit' via periurijs nec
p̄t ſeruari ſine pc̄ō ꝑ trāſgreſſionē iuā
mēti ſpōte p̄ſtiti intelligi debz eē ꝓbatū
⁊ hoc quo ad p̄mū membꝝ ⁊ ſic patz d̄
ciſio ſecūdi dubij. Terciū mēbꝝ diſti
ctionis fuit cū ſtatutū preſumit fictōez
ſiue ſimulacionē vel metū vl' q̄d ſimile.
tūc dic ꝙ aut in illo apparz ſpecifica vl'
veriſimil' ꝯiectura p̄ſumēdi fraudē ⁊ ſi
valet q̄ ad eneruand̄ iuramētū.qꝛ non
apparēte cauſa vrgēte nō p̄t obligatio
de eo q̄rēda ſiue ipſū ius diuinū impe
diri ar.optimū.xv.q.i.ſūt q̄dā ⁊ qd̄ nō.
in.c.q̄ in eccliaꝝ de ꝯſti.ꝑ Inno.⁊ ꝑ eū/
dē in.c.qꝛ pleriqꝫ de immu.eccle.⁊ i.l.ſi.
C.ſi ꝯtra ius vel vti.pub.eſſet eni tale
ſtatutū cauſa ꝓſidei ⁊ periurij ꝯtra.l.i.
C.ſi aduer.ven.⁊.c.cū ꝯtigat Aut ſub

eſt cauſa p̄ſumendi vt qꝛ ꝯmunit' in lo
co minores decipiātur ⁊ inducebātur
dolo ad ꝯtrahēdū ⁊ ſepe ſingebāť con
tract⁹ obligatorij ꝯtra minores vn̄ ſta/
tutū arguēdo a ꝯmunit' accidētib⁹ licz
arguere in.c.i.de cle.nō reſi.⁊ qd̄ nō.ibi
laci⁹ Cald.⁊ ꝑ glo.⁊ Ci.in.l.neqꝫ nata
les.C.de ꝓba.introduxit quādaz ſolē/
nitatē qua obmiſſa preſumit ꝯtract⁹ ſi
mulatus ſiue doloſus ⁊ tūc ꝯſtat vere
ꝑ ipſū minorē ꝯtractū eē veꝝ et nō ſila
tū et puto ipſū aſtrictū ad obſeruātiam
iuramēti.qꝛ in foro anime credit' ꝯfitē/
ti in p̄iudiciū ſuū de homic'.ſignificaſti
⁊ qd̄ nō.glo.i clemē.i.de penis.⁊ ceſſat
racio ſtatuti. Nā exq̄ eſt ad obligatiōez
diuinā ceſſante cā ſtatuēdi ceſſat diſpo
ſicio.ad hoc qd̄ notāter ponit Innoc.i
c.pleriqꝫ ꝓpe finē ſui apparat⁹ d̄ immu.
eccle.⁊ faciūt iura arguētia a cā ceſſan
te de appel.cū ceſſante.xvi.q.i.generali
ter cū ſi.et optie facit qd̄ nō .glo.i.c.nō
eſt de voto ⁊ idē videť dicēdū q̄ ad foꝝ
ꝯtēciosū vt ſi apto ore ꝯfitent' poſtmo
dū ꝯtractū eē veꝝ ⁊ nō ſimulatum ſiue
doloſū q̄d teneat ad obſeruātiaz cū ceſ
ſat ratio ⁊ cā ſtatuendi q̄ ſublata rema
net iuramentū validū nā ⁊ ꝯtra p̄ſum
ꝑcionē iuris et de iure admittit' ꝓbatō
i ꝯtrariū ꝑ ꝯfeſſionē ei⁹ de cui⁹ fauore
agit' vt nō.i auct.ſꝫ iā īteſſe.C.d̄ dona
ci.añ nup.⁊ i.c.ia q̄ ſidē d̄ ſpōſa.⁊ ꝑ In
no.i.c.qꝛ pleriqꝫ d̄ imu.eccle.vbi ſingu
larit' dicit ꝙ eciā poſtq̄ ſētētia trāſiuit
i rē iudicatā ſi ꝯſtat de ei⁹ iniq̄tate per
ꝯfeſſiōez ptis ꝓ q̄ lata fuit debz reuoca
ri.qꝛ ceſſat p̄ſumptio q̄ opať in rē iudi
catā multo ergo forti⁹ debz hoc dici in
iuramēto qd̄ obligat p̄ncipaliter d̄o vt
i.c.debitores ⁊ i.c.etſi xp̄s de iureiurā.
nō eni debz iſte iurās ꝯtra ꝯſciētiā trāſ
gredi iuramentū.qꝛ edificarz ad gehē
nā quāq̄ꝫ hoc ſit occultū eccie militanti
ar.optimū in.c.lr̄as de reſti.ſpoli.⁊ i.c.
inq̄ſiciōi d̄ ſen.excōi.et hoc itelligo quā
do recōfeſſiōe minoris adhibita ſit de
bita ſolēnitas ⁊ an et qñ valeat dicen
dū vt no.ꝑ Bar.i.l.certū ſ.minorē ff.d̄
ꝯfeſſ.et ꝑ Ci.i.l.claꝝ.C.de auct.p̄ſtan.
et i.l.vnica.d̄ ꝯfeſ.ā mior allegat p̄ſūp
tā fraudē ꝑ ſtatutū ſeu ſi dicit cōtractū
ōnino licitū et tunc poterit ſeruari opi
nio Bal.et aliorum vt iuramētū tunc

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nō ſit obligatoriū q2 iuramētū3 nō tol
lit pſumptionē ſtatuti inducūt. nec dici
cit iſte venire ꝯtra ꝯtractū iuratū. licet
veniat ꝯtra ꝟba ex ꝗ̄ ñ venit ꝯtra intꝑ
tationē ad hoc tex. ſingu. in. l. ſi. C. de ñ
nu. pec. vbi par3 ꝙ ſimplicit ꝯfitēs rece
piſſe mutuū. poteſt infra biēniū excipe
ꝯfeſſionē emanaſſe ſpe future numera
tionis. q2 pſumit ꝯfeſſio alias ſimula
ta. ꝫ qñ iuramentū fuit īterpoſitū non
vt ibi dr̄. vñ notāter ꝓbat ꝙ oīs pſum
ptio ꝗ̄ eſt in ꝯtractu ſeu tacita cōditio.
tollit iuramēto ſup eo pſtito qḋ nō. ibi
bal. ⁊ allegat nō. p Inno. in. c. veniēs. ꝺ
iureiur. ꝫ melius facit qḋ idē Inn. nō.
i. c. p tuā. de arbi. vbi nō. dicit ꝙ ſiquis
iurat ſimpliciter ſeruare arbitriū. intel
ligit iuramentū ꝯdicionaliter appoſitū
ſc3 ꝙ ſi nō ſuabit arbitriū ſoluet penā.
ſicut ē de natura arbitri vt obligatio
ſit alternatiua. ita ⁊ iuramentū p eum
pſtitū recipit ſenſu3 alternatiuū. nā cū
minor iurat poſt ꝯtractū pſumit eode3
dolo. i. eadē fraude fuiſſe inductum ad
iurandū ſic ⁊ ꝯtrahendū. ad ꝭ qḋ nō. i
ꝑalle. auc̄. ſiue a me. C. ad vell. ⁊ in. l. ſi
mulier. C. e. ti. vbi nihil ſibi pꝛiudicat q2
adhuc ex ꝯſequētia ſue fragilitatis in
ſecundā lecꝺ. inciderit ⁊c̄. ⁊ facit qḋ nō.
C y. i. l. ex cautione. C. de nō nu. pecu. in
illa. q. an valeat renūciatio exceptiōis
nō nume. pec. ⁊ p hoc remanet declara
tu3 etiā pmū dubiū ⁊ ꝯtraria ꝓ vtraq3
pte fc̄a remanēt declarata nec expedit
aliter rñdere d3 enī intelligi ⁊ reduci ſe
cundū pdicta. ¶ Ad vnū tñ aduertēm
ꝙ puto in mā ſpāle ⁊ ſingulare nec ne
gari pōt p iudices ſeculares ꝙ cum ex
argumētis ⁊ opi. ſuꝑ poſitis reddatur
ſaltē ꝓbabile dubiū ſup validitate iu
ramēti nō poterit iudex ſecularis de ꝭ
ꝯgnoſcere. ꝫ debet deferre ad iudicē ec
cleſiaſticū de or. ꝯgnī. tuā. de ſen. excō. ſi
iudex layc⁹. de iudi. nouit. de fo. ꝯpe. cū
ſit generale. ⁊ p Jo. an. in. c. ſi. e. ti. li. vi. ⁊
videt ꝓbare tex. i. c. venerabilē. de elec.
ꝙ ſolus papa hoc ꝯgnoſcit ex quo orit
ꝓbabile dubiū. ꝫ Specu. in ti. de loca.
§ nūc de ep̄oꝝ. ꝟ. itē papa fingit dic ꝙ
etiā inferioꝛ a papa poſſet interpretare
iuramentū qñ dubitat de eiuſ validita
te allegat de appell. ſignificante. Ad. c.
venerabilē rñdit dupliciter. pmo qḋ ꝓce

dit in negocio arduo ⁊ inter magnas
pſonas. vel qñ vult dare licentia3 ſine
pmutatione vel ꝯmutatione aliq̄. ⁊ ꝭ
dictū Spe. ſequit do. Anto. in. c. quāto
de iureiurā. ⁊ ꝓ hoc adduco dictū Inn.
in. c. debitoꝛes. eo. ti. vbi tenet ꝙ ep̄us
pōt ſuper iuramentis ex cā diſpenſare
et ſic fortius interpretari. imo etiā intꝑ
pretationē expreſſe ſentit vt in exēplis
per eum poſitis ⁊ per pdicta ſint ſoluta
pma duo dubia. ¶ Nunc deſcendens
ad terciū dubiū adducā quinq3 ad ptē
affirmatiua3. et ꝗ̄tuoꝛ ad partē negati
uam. ¶ Ad ptem igitur affirmatiuā ꝙ
debeat audiri etiā nulla petita abſolu
tione ex quo ſe fundat ſupeꝛ vera ſimu
latione ꝯtractus. Pꝛimo arguit ſic. iu
ramentū obligat iurantē ex intentiōe
ipſius iurātis. xxij. q. v. humano aureſ
et. §. ſi. ergo ex his ⁊ de iureiurā. quāto
ꝫ qui ſimulate ꝯtrahit in veritate nihil
agit q2 deficit ibi ſubſtātia ꝯtractus. ſ.
conſenſus. vnde perinde eſt acſi nihil
fuiſſet factū. vt in. l. emptoꝛ. et qḋ ibi nō
ff. de aqua plu. et in. c. illo vos. de pig.
et in capitulo ad noſtrā. de emp. et ven.
et i. l. ſi ancilla. cū. l. ſe. C. de ꝯtrahē. em.
ergo ex iuramēto ſup eo pſtito nō obli
gat ꝓ hoc tex. nō. in. l. ſi. C. de nō nu. pe
vbi nō. probatur ꝙ iuramentū recipit
oēs tacitas ꝯditiones ⁊ qualitateſ cō
tractus. ſi enī fuiſſet confeſſus ſpe futu
re numeratiōis. ita etiā pſumitur nar
raſſe ita dicamus in ꝓpoſito ſi ꝯtractuſ
fuit ſimulatus ſic ⁊ iuramentū fcīt qḋ
nota. ponit Innocen. in. c. per tuas. de
arbi. quandoq3 quis iurat ſeruare ar
bitriū vt intelligatur ꝓmiſiſſe ſcḋm na
turam contractus ſcilicet ſeruare arbi
trium vel ſoluere penam. ¶ Secundo
ad idem inducitur quod nō. Bar. in. l.
nemo. ff. de leg. i. in illa queſtione an re
nunciatio exceptionis fictioniſ et ſimu
lationis valeat et concludit ꝙ non ꝗ̄a
inter eos actū eſt ꝙ ꝯtractus ſit ſimula
tus et ſic deficit in ſubſtantia et ſic nō
eſt cōtractus imaginarius. ff. de regu.
iur. et in. l. ſimulate nupcie. de ritu nup
et ſic renunciatiꝫ ſimulationis in eodē
ꝯtractu facta nō valeret. ¶ Item eſſet
dicere ꝙ eſſet ſimulatū et non ſimulatū
quod eſſe nō debet ar. in dicta. l. nemo.
ff. de legi. et. c. cum ſuper. de offi. deleg.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de appell. ſollicitudině vna enī ⁊ eadē res non debꝫ opari ↄtrarios effect' de bap. maiores ꝑterea ſcdm eū ſicut ↄtractus ipe fuit ſimulat' ergo nō eſt renūciacio. Opponitur ergo ꝙ totus ille cōtract' ⁊ quicq̄d cōtinetur in illo inſtrumēto eſt ſimulatū. Ad idě qd nō. C. y. l. l. ſi ex caucione. C. de nō numera. pecu. vbi concludit nō valere renūciatiōem exceptionis nō numerate pecunie i eodem cōtractu factam qꝛ ſicut inducitur ad cōfitendū ita ⁊ ad renūciādū arg. l. ſimiliter ad vell. ⁊ idē videt̄ in omni ꝑuilegio inducto alicui ꝑ eius fragilitatem alias de facili tolleret̄ ꝓuiſio legis ſed cum non poteſt replicari q̄d eſt renūciatū exceptioni ſimulatiōis qꝛ ōnia iſta fuerūt ſimulata ſecus tamē eſſet ſcdm Barto. ſi talis renūciatō fierꝫ ex interuallo ar. l. ij. C. quod me. cau. ita dico in ꝓpoſito ꝙ ex quo actū fuit vt cōtractus eſſet ſimulat' ergo ⁊ iuramētū ⁊ quicq̄d ſecutū eſt in ↄtinenti eſt ſimulatū non ei eſt dicendū ꝙ voluerūt valere ⁊ non valere in ↄtinenti argu. in. l. nam ⁊ ea. ff. de cōdi. ⁊ demon. Non ei ꝑſumitur quis incōtinenti velle recedere a ꝓpoſito ſuo vt ibi ⁊ arg. in capitulo Maiores. de bapti. ⁊ in. l. eum qui volūtatě mutatam dicit. ff. de ꝓbat̄. ¶ Tercio inducit capi. tua. de ſpon. vbi patet ꝙ eciā in matrimonio qd eſt fauorabile et in multis preiudicabit̄ de cōdi. appo. c. fi. ⁊ de re iudi. c. vlt̄. ſimulato eciā ex vna parte qd plus eſt et doloſa ⁊ deceptoria impedit vires matrimonij erḡ conſtare poteſt de ſimulatione ⁊ hoc q̄a defuit ibi conſěſus ſine quo ceťa neq̄ant proficere fedus ↄiugale vt ibi dicitur ad idē. l. nupcie ff. de ritu nup. vbi dicitur ꝙ ſimulate nupcie nullius ſūt momenti facit qd nō. glo. in. c. tuarū de ꝓuil̄. de illo qui ſimulauit ſe monachū vt corrūpet monialě vt ꝑ hoc nō ſit notatus de quo tamē ibi latius ꝑ docto. ⁊ ꝑ glo. in. c. vt clerici de regula ⁊. c. q̄d interrogaſti. xxvij. di. ergo nec iuramētum obligare debet conſtito de ſimulatione ⁊ ſi de alienatiōe cōſtet. ¶ Quarto adducit̄. c. i. qd me. cau. vbi patet ꝙ eciā votum ex iuſta cauſa ſimulatū nō obligat vouentě. et facit qd nō. glo. in c. abbas. eo. tit. que dicit ꝑ metū factū non tenet qꝛ eripit liberū arbitriū i vouente de voto licꝫ voluntariū militem ſibi elegit xp̄s. xv. q. i. nō eſt. Adhuc ex predictis ↄcludit ꝙ eciā i iure ſpūali fictio viciat vt nihil oꝑet̄ actū ergo iuramētū nō eſt obligatoriū ⁊ ꝑ ↄſeq̄ns nulla petita abſolutiōe pōt ↄtrauenire. ¶ Quīto ⁊ vltio videt̄ ꝓbari ꝑ. c. q̄cūq̄. xxij. q. v. vbi dicit̄ ꝙ q̄cunqꝫ arte ᷓboꝝ quis iurꝫ de' tñ qui ↄſciencie teſtis ē ita hoc accipit ſicut ille cui iurat̄ ⁊ ſic apte ibi dē ꝓbatur ꝙ de' nō alit̄ recipit obligatiōeꝫ iuramēti eciā vbi interuenit dol' ex pte iurātis ꝗ fuerit intěrio recipientis ꝫ in caſu nr̄o ſimulate ↄtrahebāt et ſic recipiēs nō itědebat obligare iurantě ad obſeruāciā ↄtract' ſimlati nec de' alit̄ recipit ⁊c. ¶ In cōtrariū ad partē negatiuā ꝙ debeat audiri abſolutōe nō petita. inducit̄ ꝑ°. c. qd iterrogaſti. xxvij di. vbi tex. ponit caſū de q̄dā muliere q̄ poſt obitū mariti ſacrū velamē ſuꝑ caput ſuū impoſuit ⁊ finxit ſe ſub eod velamīe ſcāꝫ monialě eē poſtea ᷓo ad nupcias redit. ⁊ ↄcludit̄ ꝙ q̄a ꝑ ypocriſim eccīaꝫ ↄturbare voluit ⁊ ferme in voto ſuo ꝑmāſit vt penitēciā agat de illuſiōe nephāda ⁊ reuertat̄ ad id qd ſpē ꝑtendit ⁊ i ſacro mr̄imonio maneat qd īchoauerit ⁊ belliſſime ſubicit hec ᷓba nā ſi ↄſětis ꝙ oīa ſacťa eccīaſtica q̄ſq̄s ꝓut vult fingat ⁊ nō vere faciat oīs ordo eccleſiaſtic' turbet̄. nec catholice fidi via ſubſiſtit ⁊c. et ſic videt̄ ille tex. valō nōbilit̄ ꝓbat̄ ꝙ i ſpūalib' adō fictio reꝓbat̄ vt attědat̄ nō měte ſimlata ↄcipit̄ ꝫ qd i hoim ↄſpectu agit̄ ne popul' decipiat̄ ⁊ res eccīaſtica ⁊ tot' ordo ꝑturbet̄. Et per ꝭ glo. ↄcludit ibi ꝙ ſiq̄s ficte ſit mōch' ad hꝫ vt poſſit fieri abbas nihilominꝰ licꝫ ficta et ñ ſincera ſit ei' itětō vt id videt̄ ſětire i alijs ſpūalib' ergo ad ꝓpoſitū et ꝑſuꝑponědo ꝙ ficte iurauit ne tñ abutat̄ re ſpūali ⁊ illudat dō cui obliga' q̄rit̄ prin' fictō tollit̄ et remāet ᷓitas obligatiōis facit qd i ſili ꝓbat̄ i ꝓfitěte cū ↄdiciōe habědi ꝓpriū facit qd nō. Jo. an. i dicto. c. fi. de ↄdi. appo. ¶ Secūdo adducit̄ illō ſile. nā ſic ficte accedětes ad baptiſmū vl̄ ad ſacra. baptiſmatis ñ ficte ꝫ veracit̄ ſuſcipiunt ſacťa et obligātur vt aperte vult tex. in capi. ſic ficte. i. q̄ſtione ꝑma et. c. malo. de baptiſ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

n hic vt puto qꝛ eoꝝ fictio nõ potuit i/
pedire virtutẽ ſacramenti ita ſicte debꝫ
iurans obligari deo veraciter ad quẽ
pncipaliter dirigiẗ primaria obligatio
iuramẽti ne populus vane decipiatur
Jdẽ videtur ſtatutũ de iure ciuili in li
bertate pſtanda vt fingẽs certo caſu p
ſtare libertatẽ ⁊ ſic ſequiẗ libertas vt i
.l.vna.§.ꝫ qꝛ pilleati.C.de lati. lib.tol.
ꝛc.¶Tercio pbatur ſic ſimulate cõtra
hens ⁊ recipiens iuramentũ a contra
hente de nõ veniẽdo contra.ꝛc. intẽdit
iurantẽ illaqueare vt ſaltẽ ꝯtra apparẽ
tia ꝯtractus nõ veniat nec detegat vi
cium ſimulatiõis.ar.in pal'e.c.illo noſ
de pigno.⁊.c.ad noſtrã.de emp. ⁊ ven.
⁊.c.debitores.⁊ c.ad noſtraꝫ.ij. de iure
iuran.⁊ etiã ſe intendebat ad hoc obli
gare.ergo nõ debet audiri allegando
ſimulationẽ quia tetigit viciũ ꝯtract⁹.
qḋ eſt ꝯtra intentionẽ recipientis iura
mentũ qḋ eſſe nõ debet ar.in.c. q̃cunqꝫ
arte.xxij.q.v. ¶Quarto ⁊ vltimo alle/
gans turpitudinẽ ſuã maxime in illuſi
one rep ſpiritualiũ nõ eſt audiẽdus de
ꝯceſ.pre.cũ ſup.de dona.inter dilectos.
ff.de leg.i.l.ſi ſeruus pluriuꝫ.§.quid er
go ſi per iniuriã. ⁊ pbaẗ plene in.l.ſi p⁹
mortẽ.ff.de adop. ſed iſte allegando ſi/
mulate iuraſſe allegat turpitudinẽ ſuã
videlicet ꝙ dei nomẽ ⁊ eius religioneꝫ
inuanũ ⁊ deceptorie aſſumpſit.xxv.q.v
q̃cuꝫ quid in fine.ergo nõ eſt audiẽd⁹
maxime cũ iurauerit oĩa in ꝯtractu cõ/
tenta eſſe vera.nã allegauit piuriuꝫ al
legando ſimulationẽ facit.c.cũ impoſi
tionib⁹.de iureiurã.li.vi.¶Ad ſolutio
nem hui⁹ dubij deſcendẽdo pmo repiẗ
glo.in.l.ẽptione.C.plus valere qḋ agi
tur dicens ꝙ iuramentũ nõ obſtat q̄n
poteſt opponi de ſimulatiõe quaſi actũ
ſit.ꝛc.C.de legi.l.nõ dubiũ.⁊.C.de con
emp.l.ſi ancillam.ex qua colligit ibi gl
ꝙ pena ſimulato ꝯtractui adiecta ſi cõ/
trafieret nõ ꝯmittitur quod dicit pcul
dubio verum cum in hoc loco reproba
tur qui vere agiẗ alius ſimulatur. Mo
anto.in dicto.c.cũ ꝯtingat.late proſeq̄t
⁊ iudicio meo valde intricate nec cõp/
hendit omnes caſus qui poſſunt acci/
dere in materia cui⁹ verba ſũt hec que
ſequuntur puto ꝯſiderandũ motum ſi
mulatiõis ſi ſimulant ſe agere qḋ intẽ
dunt nõ valere licꝫ iurent ⁊ ſic ſimulãt
iuramentũ inẗ collectas ⁊ cõdemnatio
fingo mea tibi vendidiſſe attamen eſt i
ter me ⁊ te ꝙ cõtractus nõ valeat tunc
iuramentum nõ obligat qꝛ deficit i vo
luntate iurãs ⁊ recipiẽs licet ſic fingãt
vel iuramentũ eſſet ꝯtra intentioneꝫ et
haberet quandã ꝯtrarietatẽ. ⁊ ſic dicit
ſe intelligere Bar.in dicta.l.nemo põt.
ſi ſimulatio eſt de vno contractu ad ali
um eſt magis dubiũ ſi agant vt verus
ꝯtractus ſubſtet ⁊ ille ſeruetur ⁊ nõ appa
rens.¶Jtẽ ecce de ꝯtractu venditiõis
nõ ſoluiẗ gabella ſicut de ꝯtractu dona
tionis agunt vendere ſed ſimulant do
nationem.¶Jtẽ quia voluntas ſe ob
ligandi in apparentia deficit ſi agũt vt
ſeruetur apparens ꝯtractus ⁊ nominiſ
cuius loco ſimulaẗ vt quia vſurarius
ſimulat de pignore venditiõeꝫ vt lucre
tur fructus vel vt vſuras habeat et tẽ
hic ſurrogatus ſuccedit loco veri ⁊ nõ
eſt ver⁹ contractuſ ⁊ hoc cãu poſſunt ꝙ
ſi vterqꝫ cõtractus põt ſeruari ab vtro
qꝫ pacto vel turpitudine probat iuram̃
tuꝫ ⁊ ſeruari debeat quod iuratur. Si
autem ſurrogatur loco contractus tur
pis vel qui non poterat ſeruari abſqꝫ
periculo anime tunc iuramentum non
aſtringit iurantem ſeruare ſimulatum.
qꝛ ſimulatio ⁊ iuramentum ad imple/
mentũ pmi ꝯtractus illiciti. ⁊ ſic nõ ob
ligat ſicut non obligatur reſpectu pmi
contractus illiciti.⁊ illa remedia habꝫ
que haberet contra primum verum cõ
tractum ſi eſſet mercator et in hoc ⁊ in
precedenti membro loquitur Do.An.
confuſe et videtur quodam modo im/
plicare contrarietatem. ſi enim ſimulat
vnum contractum in locum alterius q̃
agitur vt ſi ſimulatus ſeruetur et non
ille in cuius locum ſimulatur cum ille
ſit verus contractus qui agitur inter
partes ⁊ non ille qui ſimulate cõcipiẗ.
¶Jtem inq̃tum dicit ꝙ ſi vterqꝫ ꝯtra
ctus poteſt ſuari abſqꝫ periculo anime
ſeruandꝰ eſt et vtraqꝫ ergo ſimulatio
nihil operatur quod videtur ꝯtra om/
nem rationem de hoc infra ſubijciam.
¶Sed nũc proſequor dicta ſua hec di
cit vera inq̃tum iuraſſet ſimpliciter et
non veniendo contra contractuꝫ ſimu
latum ⁊ de illo obſeruando ſed ſi preſ



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

titiſſet iuramentum quod cõmuniter p̄
ſtare ſolent vt quia iuraſſet õnia ⁊ ſin
gula eſſe vera que in iſtrumento ſūt cõ
tenta vt cõmuniter hodie notarij appo
nunt. tūc iuramentū excluderet in q̄tū
contrauenirete oſtēdēdo ſimulationez ſi
ex hoc detegeret ſe periurū ⁊ ſic repellit
tamq̄ tegēs turpitudinē ꝯ dona. inter
dilectos. niſi veniret per viam denūcia
tionis euāgelice ad exonerāduz conſci
entiā aduerſarij quia ī hoc obſtaret tur
pitudo in q̄tū animā inſequit̄ vt nō. de
teſti. ex tenore. ꝯ iureiuran. q̄admoduz
hec ſūt verba do. An. Sed reperio dñz
Angelū de puſio in ꝑdicto ꝯcilio quod
incipit domina catherina ſentire ſimpli
citer ꝙ ſi iuramētum ſimplex eſt ſuper
contractu debet ſimplex peti abſolutio
loquitur tamē quando vnꝰ cõtractus
ſimulatur ī locū alterius. Dicit enim ſi
quis iurat ſe ſoluere vſuras. aut nō ve
nire cõtra contractū pignorationuz. fa
ctum in forma venditionis īmoderate.
cum eſt abſolutus pōt ſequi ius ſuum
quia tale iuramentū nō confirmat pro
miſſionez Sz do. fre. de ſenis cõcilio. ccc
alias. cc. lxxxix. etiaz ſentit abſolutionē
neceſſariā ⁊ loquit̄ in caſu ī quo loq̄tur
do. Ange. ꝯ peruſio et aperte ſentit h̄ ꝑ
cedere vbi iurauit omnia contenta in ī
ſtrumēto eſſe vera quod eſt cõtra dñm
Anto. qui hoc caſu dicit abſolutionē h̄
vltimo ego expediaz ꝑ᷑io ſeq̄ti dubio
¶ Sed hic ſummittā quid mihi in hoc
dubio videt̄ et procedā per enumerati
onem caſuū q̄ poſſunt cõtingere iſte eni
procedendi modꝰ eſt clarior q̄ꝫ ꝑ viam
diſtributiōis q̄ nimis lōga obumbrat
intellectum ¶ Primus qn̄ ſimulās in
terceſſit ex ꝑte vtriuſq̄ contrahentis ⁊
actū fuit inter partes vt tam cõtractuſ
q̄ꝫ iuramētū eſſēt ſimulata. interceſſit ſi/
mulatio ex mixta cauſa puta ꝓpter iuſ/
tum timorez. vel debitor obnoxius ad
ſoluendum mutuum concepit pignus
ſub forma venditionis vt ille creditor
lucraretur fructus. ⁊ tunc ſiue ſurroge
tur in locum alterius contractus ſiue
non. iuramentum non obligat quia de
ficit conſenſus et fuit iuſta cauſa ſimu
landi ad hoc. c. i. de no. et l. fi. C. de non
nu. pecuñ. et xxij. q. v. quacunq̄ et. c. hu
mane et alia iura in ꝓma parte iducta

Secundus caſus quando interuene
runt omnia que ponūtur in precedenti
caſu qꝛ cauſa ſimulandi fuit iniuſta ⁊
praua vt fraudet̄ gabella finxerūt aliū
contractum et iurarūt vel ad deceptio
nem alterius et tūc eſt magnū dubiuz
propter iura allegata ſupra ī parte ne
gatiua. Sed ī hoc caſu dico aduertēdū
ad formā iurandi. ſ͛ eni iurauit ſingu
la cõtenta in iſtrumēto eſſe vera et tūc
incontinēti fuit piurus. licet ī mēte cõ
ciperet illa eſſe falſa. qꝛ ſimulatio inten
tionis ex iuſta cauſa nō excuſat vt no.
in precedenti. c. quod īterrogaſti. ſic cõ
tingit ī illo q̄ prece vel ꝑcio corruptꝰ ꝯ
ponit falſū vt in. c. ſicut de teſti. et in. c. i
de cri. fal. vnde nō debet audiri allegāſ
ſimulationez cū fatet̄ turpitudinē ſuā
videlicet ſe piurū et habuiſſe doluz ad
deceptionē alterius ad hoc. c. cum ſuꝑ
de conceſ. preben. et alia iura allegata
ſupra in vltīo contrario Sz ſi iurauit
nō venire contra illū ꝯtractū quē ſimu
labat et tūc puto quo ad deū licet gra
uiter peccet aſſumendo religionē iura
menti inuanū et maxie ad deteſtationē
alterius cum tranſgredit̄ nō īcidit in ꝑ
iuriū quia hic affuit intentio ſe obligā
di vnō reſpectu dei nō exigit̄ abſolutio
ad hoc. c. tua de ſpon. prealle. et ī. l. nup
tie. ff. de ritu nup. et quod no. glo. in. c.
tuarū de ꝓuil. et Archꝯ. in pealle. c. qꝺ
interrogaſti. vbi poſt quoſdaz ſentit ꝙ
illa nō eſt vera monacha ſ₃ propter ſui
culpā ꝯpellit̄ eſſe ī monaſterio ⁊ maxie
nō poterat ꝓbare ſimulationē. deꝰ eniꝫ
recipit verba q̄lia ex intꝰ proferūt̄. xxij
q. v. humana et. §. ſi ergo. nec obſtat. c. ſi
cut. i. q. ij. ⁊. c. maiores vbi patet ꝙ vere
confertur baptiſmus. quia ītelligitur
quando ipſe ſolus habebat intētionez
vt quia non perfecte intendebat recipe
bapt. ſmuz ſed dans credebat baptiza
re vt vtriuſq₃ verborū ⁊ ſacramēti im
primatur de quo tamen per Inno. in. c
i. de appell. ſed quo ad forum contenti
oſum compelleret̄ ſeruare iuramentum
quatenus venit in ſui preiudiciū et nō
imminet periculuz quia non debuit ꝯ
fundere ordinem rerum et maxime ſpi
ritualium et abſenti iuramento maxie
ad alterius deceptionez. vnde nō debꝫ
audiri hanc turpitudinem allegās ad

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hoc optime predictū.c.tua.de ſpon.
Tercius caſus qñ ſimulatio ɔtractus
interuenit ex parte vtriuſq ⁊ iuramen
tum fuit preſtituȝ ſuper tali contractu
⁊ actum fuit vt non veniret contra ap
parentē contractū.ſȝ in veritate ſeruat
verus ɔtractus puta pignoratitius ⁊
tunc abſq dubio nō pōt cōueniri ñ pe
tita abſolutione. Et hoc caſu intelligi
tur dictū Angeli.⁊ dictū Fre.⁊ do.an.
¶ In tercio membro hoc eniȝ iurat ex
parte ⁊ ſcðm intentionem vtriuſq obli
gati ⁊ nō detegat ſimulatio ⁊ vt ſerue/
tur verus ɔtractus pignoratitius for
te ⁊ ſub iuſto velamine recipiat fructuſ
loco vſure vnde inde ē ac ſi iuraſſet ſol/
uere vſuras quo cāu nō licet ɔtraueni
re abſolutione nō petita vt in.c.i.⁊ i.c.
debitores.de iureiurā.⁊ iſte cāus iudi
cio meo nō habet dubiū qñ ɔſtat ꝙ iu/
ramētum ad hoc fuit interpoſitū vt cō
tractus ſi ſtatꝰ ſuat quo ad apparentiā
⁊ ſic nō detegat ſimulatio ¶ Sȝ dubiū
eſt qd ſi iuramentū fuit ſimpliciter p̄ſti/
tum ⁊ nō apparet ꝙ ɔſenſerunt contra
hentes circa iuramentū.⁊ de hoc in ca
ſu ſequēti. ¶ Quartus caſus eſt quan
do fuit ſimulatꝰ ⁊ iuramentū fuit ſuꝑ
codē preſtitū ſcilicet ſi pōt ɔſtare de iu/
ramenti ſimulatione.⁊ iſtū caſuȝ repu
to dubium.⁊ tūc puto dicendū ꝙ quo
ad talē obſeruantiā ɔtractus ſimulati
tūc obligat ex iuramento quia eſt p̄ſu
mendū ꝙ incōtinenti ex interpoſitione
iuramenti voluerit contractū valere ꝯ
quo actū erat vt non valeret ſi ex inter
uallo iuraſſet vt dicitur in ſimili ꝑ bar
ꝯ.in p̄ma pte.ſcðo articulo vbi hoc op
time ꝓbatur.ſed quo ad obſeruantiaȝ
ɔtractus incōtinenti donec probet ꝙ
tacite fuit inter ɔtrahentes actū. puto
in foro anime ſtandū intentioni iurātl.
qꝛ generaliter ſic interpretat iuramētū
in foro cōſcientie vt notabilit̄ dicit In
no.in.c.veniēs.de iureiurl.facit.c.ſigni
ficaſti.de homici. In foro vero conten/
tioſo ibi fit interpretatio ſcðm ius ⁊ ex
varijs circumſtantijs vt ibi nō.⁊ facit
c.veniens.⁊.c.ad noſtrā.e.ti. quia vide
mus preſumere ꝙ volunt abuti iuram̄
to quia ſic preſumemus peccatū quod
non eſt dicendum ar.eorum que nō. in
c.inquirenduȝ de pecul.cle.iūcta.l.ſi de
fundus.C.de arbi.tu.⁊ in.l.etiam. C.
de dona.inter vi.⁊ vxo.nā vt in p̄dictiſ
iuribꝰ patet.aliter p̄ſumitur in adquiſi
tis ꝑ tutorē ⁊ aliter in adq̄ſitis ꝑ cleri
cum ſeu ꝑ vxorē ɔſtante matrimonio ⁊
hic ne p̄ſumatur peccatū vt in eis nō.
¶ Itē iuramentuȝ habet vim clauſe ſi
non valet vt ago qð ago valeat vt va
lere pōt.l. cuȝ patrē.§.filijs matrē.ff.de
le.ij.facit.c.ad noſtrā.ij.de iureiuran.
nō.Bar.in.l.ſiquiſ pro eo.ff. de fideiuſ
et quod notat Cy.i prealle.l.ſi ex cauti
one.C.de nō nu.pecu.vbi concludit ꝙ
iurans nō opponere exceptionē nō nu
merate pecunie obligatur licet ſimpli/
citer renunciatio non valeat.ergo indu
bio ſi nō obligat ad talē obſeruantiaȝ
contractus ſimulati ſaltē obliget quo
ad obſeruandum colorem contractus
¶ Itē quia creditor ſolȝ ſic caute iura
mentum recipere ergo arguamus a cō
muniter accidentibus.valet enim tale
argumentū vt in.c.i.ꝯ cle.non reſi. vbi
hoc nō. Jo.calð.⁊ per glo.et docto.in.l.
neq natales.C.de proba. ¶ Item qa
hec interpretatio conuenit nature rei
ex ſe enim et ex ſono verborū habȝ ob
ligare et preſumitur ex actu contra vo
luntatem iurantis vt ipſum obliget ꝯ
renunci.ſuper hoc. ¶ Item hec inter/
pretatio tutior eſt vt euitet peccatum.
ergo amplectenda et alia fugienda vt
nō.in.c.veniens.de ſpon.in cle.exiui.de
verbo.ſigni.⁊ hoc dico ꝓcedere niſi tot
eſſent circumſtantie ex aduerſo ꝙ tolle
ret predictas preſumptiones et qð nō.
in.c.tranſiuiſſe.qui fi.ſunt legi.⁊ predi
ctum caſum intellige quando ex iuſta
cauſa ⁊ non ad decipiendum tercium
fuit facta ſimulatio alias ſeruet quod
dixi in ſecundo caſu. ¶ Quartus cāuſ
eſt de vno contractu ad alium qui non
poteſt ſeruari niſi interitu anime vł eſt
contra bonos mores puta agitur ve/
re cōtractus ſimulatus et alius ɔcipit
et iuratur et tunc ex tali iuramento ñ
tenetur nec ad obſeruantiam totalem
ɔtractus nec quo ad apparentiam exq̄
ex obſeruatione iminet peccatum. licet
enim peccauerit tūc iurando tñ nō pec
cat contrauenienndo vt.xxij.q.iiij.pro te
et de iureiuran.ſi vota facit.c.fi. de pa/
ctis.et.l.fi.ff.de ꝟbo.obliga. ¶ Quin

tus caſus ē quādo ſimulatio īterceſſit
ex parte iurantis tantū vt quia aliud
gerebat in corde aliud in ore vel calliď
eſt vſus verbis iurando et tūc iuramē
tum ītelligit ſcd̄m intentionē recipiētiſ
et ſic deus videt recipere vt ē textus ī
c.q̄tum.xxij.q.v.et in.c.ī his omnibus
eadem cau.et.q.et generaliter qualiter
iuramēta ſint recipienda ē bona gloſa.
in.§.queritur eadez cauſa et queſtione
primū quando alter habuit rectū intel
lectū et alter doloſum .Scd̄m quando
vterque doloſum ¶ Tertium quando
vterque rectum et verba ſūt dubia de
his ibi et aliq̄d in ſimili in glo.ī.c.ex lit
teris de ſpon.et p̄ predicta tertiū mem
brum remanet clare ſolutū debet enim
diſtingui ſcd̄m p̄dictos caſuſ ⁊ totalis
materia r̄manet decta que ſatis quoti
diana eſt et contraria oīa debēt reduci
et ītelligi ſcd̄z caſ⁹ p̄dictoſ Quartū du
biū an poſita iuramētali obligatione ī
caſib⁹ p̄dictis audiat iſte minor petēdo
abſolutionē ī iuramēto nō obſtāte con
tradictiōe aduerſarij Et q̄tuor argumē
ta faciaz p̄ parte affirmatiua ⁊ quinq̄
pro parte negatiua .Ad p̄tem affirma
tiuā q̄ debet audiri arguit ſic vbicūq̄
enim iuramentū continet turpitudinē
ex parte recipiētis tale iuramentuz eſt
relaxādū vt in.c.i.de iureiuran.vbi pro
batur de iuramento p̄ſtito d̄ vſuris ſol
uendis ad idez.c.verū et.c.ſi vero eo.ti
vbi abſoluit q̄s a iuramēto p̄ſtito per
metū in odiuz ipſorū metū inferētium
ſed in caſu noſtro cōtinet turpitudinez
ex p̄te recipientis q2 ɔtraxit cū minore
cōtra legis prohibitionez ſemper dol⁹
intelligit exceptus vt in.c.ſi vero et ī.c.
cum cōtingat de iureiuran.et ī auct.ſa
cramēta puberū.§.ſi aduer.vendi.et ī.c
ij.de pact.li.vi.cuz ſi.§ cōtrahens cū mi
nore videt eſſe ī dolo contrahendo ī ca
ſu a lege prohibito vt ī regula qui.con
tra iura mercat de regu.iu.li.vi.quēad
modū.C.de agri.⁊ cenſi.li.xi.q̄ contra.
viij.di.ergo hoc iuramētū vel ñ obliga
torium vel ſaltem relaxandum Tertio
ex facto demeritorio eſt quis recipiēd⁹
alias puniendus et cōmodū reportare
non debet.C.de dona.inter vi.et vxo.
et ſi neceſſe .xv.q.ī.legi.ff.de negoc.geſt
Sue hereditaria de preben.eū qui.li.vi

ſed contrahens cū minore prohibito ɔ
trahere tanq̄ veniens cōtra p̄ceptū ſu
perioris debet ex hoc puniri vt ī.c.q̄ re
ſiſtit.xi.q.iij.et in.c.ij.de ma.et obe.ergo
non debet ex cōtractus obſeruātia cō
modum reportare et ſic iuramentū ē re
laxandū ne indirecte aliq̄d cōmodū p̄
cipiet contra.c.tuū de procur.et regulā
cum q̄s de regu.iu.li.vi. Quarto iura
mentum ſeruādū debet habere tres co
mites veritatem iudicium et iuſtitiaz.c
animaduertendum.xxij.q.ij.et in.c.et ſi
xp̄us de iureiurau.ſed in hoc iuramen
to nō requiret iuditiuz nec iuſtitia cuz
non ſit iuſtuz neq̄ diſcretū ſe obligare
contra leges ſuperioris.ar.c.i.de his q̄
fi.a ma.parte ca.ergo ⁊c.nec conditio
aduerſarij habet ī aliquo obeſſe Tum
propter rationes p̄dictas tum q2 ɔtra
euz poteſt replicari q̄ doloſe excipiat ɔ
tra abſolutionē petitā cū ipſe teneat §
iuramento de regu.iu.li.vi. In cōtrari
um .ad partez negatiuam arguit p̄mo
per auc.ſacramenta puberuz.C.ſi ad/
uer.ven.vbi in iuramentis preſtitis cō
tra legis precepta etiam a minoribus
dicit imperator talia inuiolabiliter ob
ſeruari vnde pōdero verbū iuiolabile
ſicut ī ſimili pōderat dictio oīno ī cle.
vt hi qui de eta.et quali.que excludit
etiaz diſpenſationez et ſic per iſtud v̄bū
inuiolabiliter videt q̄ nō debeat venit
etiam petēdo abſolutionē Nam quem
admodū violat q̄ petit ab obligōe erui
Secundo induco.c.cuz cōtigat de iure
iuran.⁊.c.licet eo.ti.li.vi.c.q̄uis d̄ pac
eo.li.que iura ſimpliciter et abſolute di
cūt illa iuramēta licz cōtra legis prohi
bitionem preſtita debere obſeruari nec
ullam mentionem agunt de abſolutio
ne vnde ſi ī tali caſu poteſt peti abſolu
tio papa feciſſet mentionē ſicut in ſimi
li facit in caſu in.c i.et.c.debitores et.c
verū ⁊.c.ſi vero d̄ iureiuran. Tertio ſiu
ramēta ſunt de iure diuino vt in .c.et ſi
criſtus de iureiuran.v̄.redde domino
iuramenta tua ⁊c̄ ſed cum hoc iuramē
tum ſit obligatorium nec reperitur per
miſſum q̄ debeat relaxari ergo obſer/
uandum ar.eorum que no.ī.c.quanto
de iureiuran.et.c.cum inter p.de renūc
Maxime cum non detur materia de fa/
cili iurandum et ſepe veniendi con/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tra iuramentũ cõtra.c.ſi vero.⁊.c.verũ
ꝑalle. ¶ Quarto iuramentũ repſentat
maiorẽ minorem ⁊c̃.vt nõ.in auc̃.ſacra
menta puberũ.⁊ in.c.penul.de empti.et
vendi.ergo incõtinenti ꝙ interuenit iu
ramẽtũ ceſſat ratio ſtatuti que ꝓuidit
tñ minorib⁹.⁊ ꝑ oñs in tali ↄtractu nul
la reperit̃ turpitudo ergo ſeruandum
nec indulgendũ abſolutionis benefici
um. ¶ Quinto ⁊ vltimo aut nullũ pec
catũ hoc iminet aut ſic ꝑmo cãu nõ dʒ
fieri abſolutio.qꝛ cũ ipe minor nõ obtẽ
perandi legi ſe obligauerat fuit etiã in
culpa.xi.q.iij.qui reſiſtit ſicut ⁊ ſecũ cõ/
trahens.ſʒ currente paritate turpitudi
nis iſte nõ debet audiri in regu.i pari
cauſa.de regu.iu.li.vi.ſed cũ culpa dʒ
ↄpenſari.vt.ff.ď ↄpen.l.ſʒ cũ ambo. vbi
notãter dicit tex.ſi ambo ſocij parẽ ne/
gligenciã ſocietatis adhibuerũt dicẽm
eſt deſinere eos eẽ obligatos ipo iure
ↄpenſatione negligẽtie facta.⁊c̃. ⁊ ſic eẽ
dolũ cum dolo.de adul. intelleximꝰ. et
iuramentalis obligatio remanebit in
ſuo robore maxie pſumendo minorem
nõ fuiſſe captũ ⁊ ꝙ vltrocitroqꝫ nata
ſit.obligatio enĩ in delictis minorib⁹ ñ
ſubuenit̃.l.auxiliũ.§.in delictis.ff de mi
no.⁊.C.ſi aduer.deli.l.i.nec etiã i alijs
qñ non reperiunt̃ enormiter leſi.l. qđ ſi
minor.⁊.l.non oĩa.ff.de mino. Idem et
fortius dicendũ eſt vt nõ ſubueniatur
ↄtra iuramentũ maxime cũ illud pſtet
maior ⁊ ſic ceſſat fauor minoris etatis
¶ Criſti eiuſqꝫ matris ſuffragio implo
rato ad ſolutionẽ huiꝰ vltimi dubij ve
niendo iuxta ordinẽ ſupra recitatũ reci
tabo ꝑ ꝑus opiniones. Et ꝑmo Dñs
fre.de ſenis.ↄcilio.cclxiiij.format vnũ
punctũ quaſi in terminis noſtris quã/
do ſtatuto ciuitatis cauebatur ꝙ ſiue
ↄceſſio ſiue ꝓmiſſio fc̃a a filiofamilias
ſine cõſenſu patris non valet ipſo iure
etiamſi iuratum fuerit.⁊ quidã filiuſfa
milias hoc nõ obſtãte ↄpromiſit ⁊c̃.
Tõluđit idẽ fre.iuramẽtũ obligatoriũ
ſʒ qꝛ iuramentũ fecit ↄtra ꝓhibitionem
ſtatuti ciuitatis ex cauſa facti cui obtẽ
perare debuerat ⁊ nõ ↄtrauenire. viij.
di.que contra.⁊.xi.q.iij.qui reſiſtit nec
ex tranſgreſſione debet reportare ↄmo
dum ſed potius puniri ꝙ põt ↄpelli ad
relaxandũ iuramentũ fatet̃ ſe obliga
tum eſſe iuramento ſicut accidit in eo
qui iurauit ſoluere vſuras qui obliga
tur ex iuramento ⁊ tñ petit relaxatiõeʒ
de iureiu.debitores.⁊.c.i.ſicut ergo re/
cipiens iuramentũ ſuꝑ re illicita q̃ ad
ſe tenetur relaxare ita hic ſm eũ erat
illicitum ex parte recipientis ꝓpter pro
hibitioneʒ legis municipalis debebat
obtemperare ⁊ in hac ↄcluſione reſidet
ipſe Ioẽ videt̃ tenere Ԝin.in.c.cũ con
tingat.dicit enĩ ꝙ in terminis illiꝰ.c.iu
ramentum obligat mulierem ad obſer
uantiam contractus ſed debet inſtare
vt abſoluatur. Si ergo in terminis il/
lius.c.tenet mulierẽ poſſe inſtare ꝓ ab/
ſolutione quia ↄtra prouiſionem legis
conſenſit multo fortius ſentit ꝙ poteſt
in caſu thematis vbi verba prohibito
ria diriguntur ad perſonam Do.Ant.
in predicto.c.cum contingat. dicit ꝙ ſi
non eſt aliqua deceptio que non habet
in ſe dolum annexum ſalteʒ preſumptũ
nullum remedium competit contra iu
ramentum per quecunqꝫ verba loqua
tur ſtatutum ſed vbi deceptio arguere
tur in contractu tunc haberent locum
remedia ſi deceptio eſſet enormis de q̃
bus in.c.debitores.ad hoc glo.in.c. ve
niens.de iureiurã.preallc.⁊ qꝛ ex enor
mi leſione preſumitur dolus.ſubeſt eiʒ
cauſa ſic preſumendi vt in.l.omnes.§.
lucius.ff.de his que in frau.cre.et in.l.
qui teſtamentum.de proba.⁊ quod ibi
notatur.vnde adeſſʒ turpitudo ex ꝑte
eius cum quo contraxit ⁊ cui iurauit.
⁊ idem putat eſſe ſi contractus iuretur
cum veriſimiliter preſumptiue hoc con
ſtaret aut eui[illegible]ntia facti quia notorie
eſſet ꝓdigus vel cui bonis vt ꝓdigo
foret interdictũ quia hic aliqualis eſt
turpitudo ex ꝑte contrahentis qui ma
teriam dat pſumptiue ad proprium cõ
ſumendũ vt lex ex cauſa legitima frau
dem in talem preſumit vt.ff.pro empto
re.l.ſi quis tñ ſciret.ff.de mino.l. quod
ſi minor.§.fi.ff.mandati.l. ſi vero nõ re
munerandi.§.adoleſcens.⁊ in.l.ij. qua
rum re.ac.non da. vnde etiam conclu
dit ꝙ ſi mutuaret vel contraheret cum
parato ad ludũ vel corruptũ notorie
in actu ludi vł in vanitatibus mulierũ
bene foret remedium aduerſus iuramẽ
cum per iura predicta ad hec verba ſa



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tis placet vt īfra dicā latius Dominꝰ
petrus de anco. in repetitiōe. c. canonū
de conſti. aperte nō exꝑmit q̄d ſentiat ī
caſu quo minoꝛ aliter nō eſſ3 leſus ſed
attingit caſu3 quo interuenit deceptio
et concludit idem ꝙ Jo. an. ⁊ quia caſꝰ
eſt quotidianus recitabo priꝰ ꝟba ſua
firmat enim pūctu3 ſuper quo cōſuluit
in hac ciuitate ſenarū nā in hac ciuita
te cauet ſtatuto ꝙ nullꝰ contractus fi/
nis et quitantia ſi fieret ꝑ minore3. xxv
annis valeat nec ꝺ eo ius reddat niſi
interceſſerit certa ſolemnitas hoc ſtatu
to premiſſo contigit ꝙ patruus tradit
nuptui neptem ſuā dans ī dote3 quin
gentos et iſta neptis renūciauit dicto
patruo omni iure ſibi cōpetēti ī ꝓdicta
hereditate q̄ valebat plus ī q̄druplum
iurauit nō cōtrauenire querebat an eſ
ſet aliq̄d remediū reciſiuum illius con
tractus finis et quitantionis. Et cōſu
luit ipſe ꝙ poterat peti abſolutio iura
mēti. ſiue relaxatio ad hoc ꝓmo induce
bat regulā ꝙ iuramētū nō deb3 eſſe in
iq̄tatis vinculū. c. cū inter cetera. xxij.
q. iiij. q̄d verbu3 iniquitatis multū pō
derabat Item iuramētu3 debet habere
tres comites ſcilicet veritatē iuditiu3
et iuſticiam eadem cau. et q̄ſt. Animad
uertendū. in. q. aute3 predicta euidens
apparet iniquitas cū ꝑ modico q̄ſquis
renūciat hereditati paterne et ita locu
pletari paria ſūt diſpoſitiōe dolū adeē
ex ꝓpoſito vel re ipſa vt ē caſus i. l. ſi q̄ſ
non aliter. ff. de verbo. obli. et. l. ij. ff. de
do. excep. hic autē nō ſolū re ipſa ſalte3
poteſt graue damnū nedu3 enim vſq3
ad quadruplū ſed vltra dimidia3 vere
extimationis iura ſubueniunt deceptis
etiam maioribꝰ. l. ij. C. de reſcin. vendi.
In caſu autē ꝓpoſito eſt cū enormi de
ceptione cōiuncta minoꝛ etas et ſexus
fragilitas quibꝰ iura multu3 ſubueni
unt ꝓpter naturalem eq̄tatē ⁊ deceptio
nem veriſimilem tam ī contrahendo q̄3
in ſolemnitatibus adhibēdis. l. i. ff. de
minori. et i. l. doli. §. diuerſis. C. ꝺ dona
ti. Ex qualitate igitur perſonarū ⁊ illiꝰ
facti arguit cōtrahens cū tali ſua nep
te de dolo ad hoc. l. i. ⁊ q̄d ibi no. ff. ꝺ do
excep. ratione ergo euidētis iniq̄tatis
et doli ſaltem re ipſa inherentis illi rnū
ciationi videtur ſcd3 iuramentu3 relax
andum ſicut cū per metū renunciat q̄s
bonis cum iuramento. c. ſi vero de iure
iuran. ⁊ paria ſūt ad deciſionē cōtractꝰ
dolus et metus. c. penul. et. c. abbas ꝗ
me. cau. ⁊ ad hoc adducit prealle. c. viri
qui vult ī caſu. c. cū cōtingat poteſt mu
lier inſtare pro abſolutione ergo m̄lto
fortius in caſu ꝓpoſito vbi cōcurrit ſex
us fragilitas et minoꝛ etas et enoꝛmis
leſio et etia3 reuerencia quam puella ſi
ue femina habere debet ad patruū ſuū
in cuius domo et gubernatione remā
ſerat poſt moꝛte3 patris ad hoc. l. i. §. q̄
onerande. ff. quarum rerū ac. non da. ꝑ
Bar. et. xxij. q. iiij. vnuſq̄ſq3 et ſcdm ꝓdi
cta dicit limitari auct. ſacramenta pube
rum vt nō habeat locū in caſibus in q̄
bus poteſt contractus ſeu diſtractus ar
gui de iniquitate euidenti et dolo re ip
ſa et proſpicuis indicijs. l. dolum. C. ꝺ
dolo. hec ſūt ꝟba que ſatis placēt ideo
ſeriatim recitaui ⁊c̄. Et aduertēdu3 in
q̄tum ſup̄ recitaui opi. Min. videt ea3
approbare do. De. ⁊ ꝯſētire ꝙ nlla data
leſione ex quo cōtraxit cōtra lege3 pōt
petere abſolutionem ⁊ idem etiam reci
tando prealle. dictum fre. et cum eo trā
ſeundo ſed iq̄tum ſupra dixi auc̄. ſacra
menta puberū limitandū quādo cōtra
ctus non poteſt argui de euidenti iniq̄
tate aperte ſentit ꝙ in caſu illius auct.
non cōpetit abſolutio alias non eſſet li
mitatio nec reciperet hanc reſtrictione3
q2 et quando apparet de iniquitate req̄
ritur abſolutio ergo ceſſante deceptiōe
enoꝛmi nō fiet abſolutio et ſic videt in
ħ recedere a dictis Min. S3 vt dixi a ꝑ
te hoc nō cōcludit. Bar in. l. ſi q̄s ꝓ eo
ff. de fideiuſſo. ſatis ſētit hoc licet apte
non dicat ꝙ ex ſolo cōtractu cōtra legē
non competit abſolutio dicit eni ꝓmo
ꝙ cōtractus q̄ reꝓbat odio creditoris
nō firmat iuramēto ſed ipſū iuramētū
eſt ſeruandū. ꝯpetit tamen abſolutio ħ
quando cōtractꝰ reprobat fauore debi
toris tūc dicit ꝙ firmat iuramēto vt ī
auct. ſacramēta puberū et nihil dicit ꝺ
abſolutione ſentit ꝙ hoc caſu nō cōpe
tit abſolutio loquitur tamen quādo ꝟ
ba ſtatuti diriguntur ad rem ¶ Ego
autem ad totale3 materiam clare enar
randam procedam per caſuum enume
rationem prout in precedenti dubio ſe

a. ¶ Primus ergo caſus ſit qñ iura/
mentũ omni ex pte licitũ ẽ tam ſcilicet
ex pte iurantis ꝙ̃ ex pte recipiẽtis etiã
ꝙ̃ ex pte materie ſuper qua preſtatur ⁊
tũc abſolutio nõ eſt imponẽda ſ; ↄpellẽ
dus eſt iurans ad eius obſeruãtiaꝫ ꝺ
iureiurã. etſi ſpus. quinimo in illa cau
ſa extrinſeca exiſtẽte etiam papa a tali
materia ab eius poteſtate nõ pendẽte
vt in fauorẽ tercij ad hoc qꝺ nõ. glo. in
.c. quãto. de iureiurã. Inno. in. c. cũ int.
p. de renunci. ⁊ p glo. in ſili in. c. non eſt
de voto. imo puto ꝙ nec in melius põt
papa hoc iuramentũ ↄmutare inuito
eo cui adquiſita eſt obligatio ꝙ vnũ p
alio inuito creditore ſolui non põt. ff. ſi
cer. pe. l. ij. inſti. q̃. mo. tol. ob. in pñ. ad ſ;
qꝺ nõ. Jo. an. in regula in malis. de re.
iu. li. vi. in mercu. ⁊ Inno. in. c. ij. de ↄfir.
vti. vel inuti. ⁊ in. c. inquiſitioni. de ſen.
exco. ⁊ in. c. que in eccleſiaꝝ. de ↄſti. ſecꝰ
ſi ad honorẽ dei qꝛ tũc poſſet in melius
ↄmutare ſic itelligo. c. peruenit. ij. de iu
reiurã. qꝺ nõ. Inno. in. c. debitores. eo.
ti. vbi vult ꝙ etiã epus poſſet iuramen
ta in melius ↄmutare ſicut ⁊ nõ. de vo
c. i. ⁊. c. magne. cũ ſi. ¶ Scꝺs caſus qñ
iuramentũ ex parte iurãtis põt ſerua/
ri ſine interitu ⁊ ſine diſpẽdio ſalutis etẽ
ne ⁊ tũc nulla petitur abſolutio pecca
tum fuit eni iurãdo nõ trãſgrediendo
c. in litteris. de iureiurã. ¶ Tercius ca
ſus eſt qñ iuramentuꝫ põt ſeruari ſine
interitu ⁊ ſine diſpendio ſalutis eterne
ſ; eſt ↄtra bonos mores ⁊ tũc etiaꝫ nul
la requiritur abſolutio in regula nõ eſt
obligatoriũ de re. iu. li. vi. ¶ Quartus
caſus eſt qñ iuramentuꝫ pceſſit calore
iracundie. põt tñ ſuari ſine piculo ſine
iteritu ſalutis etne vt ſi qſ calore iracũ
die iurauit ꝙ nũq̃ loq̃ret cum aliq̃ vel
vna ſecũ cibũ capiet vel q̃d ſimile ⁊ tũc
nõ eſt obligatoriũ qꝛ ſi habuit comiteꝫ
diſcrepatiõiſ ⁊ iuſticie. xxij. q. i. iurabat
et ea. cã. ⁊. q. ij. aĩaduertẽdũ. et tñ debet
tenere talia iuramẽta licꝫ ↄpetat abſo
lutio de q̃ i. c. q̃daꝫ. de iureiurã. ⁊ ſatis
põt teneri ꝙ ſi iracũdie caloꝛ fuit tantꝰ
ꝙ deliberate tale iuramẽtũ nõ pſtitiſſ;
nõ erat obligatoriũ qꝛ volũtas nõ eſt
diſcreta dicimꝰ ſic. ꝙ cõfeſſio caloꝛe ira/
cũdie nõ piudicat niſi det perſeuerãtia
et bene dicit gl. in. c. ex litteriſ. de diuoꝛ

facit. l. q̃cq̃d calore. de regu. iu. Nõ eniꝫ
oĩno volũtariꝰ et ſic nõ videt deus talẽ
obligationẽ indiſcretã recipere. xv. q. i.
nõ eſt. vel ſi dicimꝰ tenere de facili debꝫ
per epm abſolui. ar. in palle. c. cũ q̃dã.
Quintꝰ cãus qñ iuramentũ a pncipio
ẽ ſuper mã indifferẽti ſ; poſtea deuenit
ad caſuꝫ de q̃ ſi cogitaſſet in pncipio iu
ramentũ nõ fuiſſet illicitũ vel nõ iuraſ
ſet et tũc nõ. dicit archi. i pal. c. aĩaduer
tendũ ꝙ põt ꝓpria auctẽ trãſgredi iura
mẽtũ nec req̃rit abſolutio puta ſi iura
ui nõ negociare nõ recipere feudũ a tli
et deuenit cãus ꝙ niſi negociũ vel reci
piã feudũ a tali alit viuere nõ poſſũ qꝛ
i tpe iuramẽti nõ cogitauit de iſto cãu
et ſic nõ ligat vltra mẽtẽ ſuã. i. c. veniẽſ
et. c. q̃ntaualſ. de iureiurã. ſi cogitauit
illicitũ. iõ nõ ſuãm. c. i. de vſu. li. vi. et fa
ciũt ſ; ad qõeꝫ q̃tidianã ꝺ eo q̃ iurauit
nõ fideiubere p alio certe iuramẽm a pn
cipio ẽ licitũ. maxie qꝛ iurauit qꝛ pluri
es deceptꝰ ab his p q̃bꝰ ſe obligauerat
ſic pt q̃s iurare p vtilitate primi ita p
vtilitate ꝓpria ad ſ; qꝺ nõ. arch. xxij. q. i
nõ ẽ. Jo. an. i addi. ſpe. de iureiuri. pꝰ pn
dic ꝙ ſi ſalꝰ primi piclitaret ex nõ fide
iuſſiõe ꝙ nõ tet ad obſuãtiã iuramẽti
qꝛ l ſ; ſic caꝰ excludit a iuramẽto ẽ licitũ
⁊ ſic puto diſtinguẽm in eo q̃ iurauit nõ
mutuare vl q̃d ſile facẽ. ¶ 6ꝰ cãus qñ
iuramẽm fuit dolo aduerſarij extortuꝫ
⁊ ſic ↄſidera ꝙ ſi ↄtractꝰ ſup q̃ pſtat ẽ a
lege reprobatꝰ in fauorẽ iurãtiſ tale iu
ramentũ nõ eſt obligatoriũ. ⁊ ſic ẽ cãuſ
a cõtrario nõ cauillãdo lrãm q̃cq̃d ibi
ſenſerũt doct. in dicto. c. cũ ↄtingat. et i
c. q̃uis. de pact. li. vi. et i. c. licet. de iure/
iurã. eo. li. ⁊ in auc. ſacmẽta pubeꝝ. oĩa
iſta iura excipiũt cãus in q̃bus dolus
interuenit. et idẽ pbat qñ intuenit me/
tus vl vis exq̃ ei tlia iuramẽta veniũt
ↄtra legẽ nõ ligãt niſi ſint oĩo volunta
ria. Fateoꝛ tutiꝰ eẽ ꝙ in his caſibꝰ peta
tur abſolutio. et ſentiũt ibi doct. ſ; pmũ
notabiliter pbat ex illis iuribꝰ non ca
uillãdo. Si do iuramentũ nõ venit cõ
tra diſpoſitũ a iure et interuenit dolꝰ
ꝙ excludit mentẽ iurantis et qꝛ ceſſan
te dolo modo ſe obligaſſet vt qꝛ dedit
cãꝫ ↄtractui ⁊ tũc iuramentũ nõ ligat
et põt ↄtrauenire nulla petita abſolu/
tione ar. opti. in. l. tres frẽs. ff. de pactiſ

et in.l.ſorori.C.de colla.et ſic intelligo.
Fred.ꝯſilio.c.xliiij.al'.c.xcliij.vbi hoc ex
preſſe ſentit ponẽdo termios in minori
xxv.ãnoꝝ que dotat a frib' renũciauit
hereditati paterne q̃ valebat longe pl'
q̃ habuit in dote qd eſt notãdũ ꝓ limi
tatiõe.c.ij.d pac.li.vi.qd nõ ꝓcedit vbi
dolus dedit cauſã ꝯtractui nã vbi do
lus ibi excludit volũtas vt in iurib' ꝓ
alle.⁊ in.l.i.ff.de dolo ⁊ iuramẽtũ non
obligat vltra mẽtem iurãtis vt in.c.ve
niẽs ⁊.c.q̃nto ⁊.c.quitauall'.d iureiurã
do ⁊ qd no.Jo.an.i.c.vno de cõmo.vbi
dol' interueniẽs nõ excludit cõſenſuꝫ
⁊ quia nõ dat cauſã cõtractui vt qꝫ me
ducis ad ꝯſenciendũ hac arte ⁊ tũc exi
git abſolutio que debꝫ preſtari nõ ob
ſtante aduerſarij ꝯtradictiõe ꝓpter eius
turpitudinẽ ⁊ dolũ ⁊ ſic intelligi debẽt
nõ.in prealle.c.cum ꝯtingat ⁊.c.ſi vero
⁊.c.veꝝ de iureiurand.⁊ idẽ itellige de
metu ⁊ vi vt reqratur abſolutio que d
bet impẽdi ſine difficultate in odiũ ad
uerſarij vt in iurib' preall. ¶ Septim'
caſus qñ iuramẽtum ꝯtinet turpitudi
nem ex parte ſuſcipiẽtis vt maxime cõ
currẽte eciã turpitudine materie ſuper
qua preſtat ⁊ tunc iuramentũ obligat
⁊ poteſt peti abſolutio nõ obſtante con
tradictiõe aduerſarij ⁊ iſte eſt ꝓmus ca
ſus.c.i.⁊.c.debitores de iureiurand.et
in.c.verũ ⁊ in.c.ſi vero eo.ti.⁊ per iſtuꝫ
caſum poteſt decidi quid dicendũ in fi
liofamil'.renunciante macedoñ.⁊ iurã
te nõ contrauenire Bar.in dicta.l.ſi q̃s
ꝓ eo decidit q̃ſtionẽ ſcdm caſũ predictũ
vt iuramentuꝫ obliget ⁊ cõpetat abſo
lutio et hoc eciaꝫ ſentit Jo.an.in addi.
ſpe.in ti.de ſen.prola.§.hoc autẽ vbi eci
am plus ſentit ꝙ nec iuãmentũ teneat
quia ꝯtra bonos mores Jo.an.cuius
dictũ ſatis placet in dicto.c.cũ cõtigat
dicit ꝙ ſi ſtatutum vel lex adeſſet in lo
co vbi hoc frequẽtatur ꝙ filij ex hoc in
uitarent ad parẽtes occidendos quia
talia iuramenta vt turpiter preſtita et
ꝯtra bonos mores nõ obligarent iurã
tem ſaltem reſpectu ſecundarie obliga
tionis que dirigitur in partẽ et anteq̃
ſolueret poteſt peti abſolutio.vbi autẽ
eſſemus in loco vbi cõmuniter ex mu
tuis nõ inducerent ad tãtum malũ vt
xpianis hodie talia vald abhorrẽt tũc

iuramentũ obligaret nec poteſt peti ab
ſolutio ad hoc qd no.Inno.in.c.quia
plerīq̃ de immu.eccle.in fine ſui appa
rat' ⁊ maxime hoc ꝓcederꝫ vbi euidẽs
neceſſitas eẽt in filiofam.macedoñ eni
homicidia tunc ꝓſumpſit q̃a tũc freqñ
tabat in loco Et cũ ceſſat hodie hec pre
ſumptio debꝫ ceſſare legis ꝓſũptio con
currẽte iuramẽto attẽdi debꝫ cõmuni
tas al'.veritas ⁊ dei obligatio remanꝫ
inuiolata Ex hoc patꝫ q̃d dicẽdũ in iu
ramento ꝓſtito ſup pacto legis ꝯmiſſo
rie de quo in.c.ſignificãte de pigno.⁊ i
l.i.et ij.C.de pac.pig.⁊ ſi.de q̃bus etiã
ꝑ Bar.in ꝓalle.l.ſi q̃s ꝓ eo. ¶ Octau'
caſus qñ nulla alia turpitudo repitur
in iuramẽto niſi q̃a eſt ꝓſtitũ ꝯtra legeꝫ
⁊ in hoc diſtingue Aut eni lex reſiſtit i
fauorẽ publice vtilitatis principaliter
⁊ nõ ẽ neceſſaria abſolutõ q̃a iuramẽtũ
nõ valuit vt in.c.dilecti de fo.cõpe.Aut
principalit in fauorẽ iurãtis licꝫ ſecun
darie in fauorẽ publicũ vt in muliere ⁊
in minore in caſibus dicti.c.cum cõtin
gat et.c.q̃uis d pact.li.vi.et auct.ſacra
mẽta pubeꝝ cum ſi.et tũc ſum' in caſu
dubij noſtri naꝫ lex ſeu ſtatutũ ꝓhibẽs
minorem obligari ſine certa ſolẽnitate
principaliter ꝓhibet in fauorẽ minoris
vt no.Dy.in regula nõ eſt obligatori
um de regu.iu.li.vi.et ſentit glo.in.l.et
ſi is.C.de ꝓdi.mi.nõ alie.et ſentiũt do
ctores in dicta auctẽtica ſacramẽta pu
beꝝ et patꝫ ſatis ex ſe.§ ſi principaliter
nõ cõcernerꝫ fauorẽ minoris etatis iu
ramentũ in cõtrariũ nõ valet ar.c.ſi di
ligẽti cui' ꝯtrarium ꝓbatur in iurib'
preallegatis et dixi lati' ſup ꝓmo et ſe
cundo dubio.et tunc puto ꝙ abſolutõ
eſt denegãda ꝑ ea que allegaui ſupra
i parte negatiua nã ꝓmo eſt regula ge
neralis ꝙ iuramẽtũ eſt obſeruãdũ exq̃
poteſt ſeruari ſine ꝑiculo anime vt i iu
ribus vulgarib'. ¶ Item quia reperit
hic turpitudo nam ex quo lex ꝓuidet ꝑ
ſone et talis perſona renunciat iurãdo
fauori ſuo nulla reperitur turpitudo i
contrahente nam lex dei hoc non habꝫ
pro turpitudine vt ſeruet iuramẽtum
nec ex parte cõtrahentis poteſt argui
dolus nec aliqua alia deceptio nec de
ſe materia eſt turpis ar.opti.in ſimili i
ꝓallega.c.ad apoſtolice de re iudi.li.vi.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Inducēdo vt ſupra induxi in ar. et ſic ſumus extra terminos.c.debitores ⁊.c i.⁊.c.verū ⁊.c.ſi vero de iureiurā. ibi eī repit̄ turpitudo ex pte recipiētis ⁊ peccatū iure ꝓhibitū qꝛ de ſe vſure ſūt ma le de vſuris ſup eo.q̄ oīa ceſſant in caſu noſtro etſi qua culpa reperit̄ ipſe minoꝛ nō repit̄ imunis vt dixi ī arg. ⁊ ſatis ē ꝙ ſtatutū punit intricatiōem actus.
Itē ſi in eo qui eſt ɔtra ſtatutū ſeu legē emanat ɔtractus.petet̄ abſolutio de fa cili dicto.c.cū ɔtingat petendo abſoluti onez a iuramento nec eſt veriſimile qḋ ibi vel in.c.licet eo.ti.li.vi qꝛ emanauit cū ſolēnitate vlla fuiſſet facta mentio ꝺ abſolutiōe nec ī auc̄. ſacramenta pube rū q̄ inuiolabiliter mādat talia iuāmē ta ſeruari.vnde non placet dictū Vincen.nec frede.⁊ videt̄ caſus ꝑ hoc con tra eos in p̄dicto.c.cū ɔtingat intelligē do tex.ſcdm cōem intellectū doc. qꝛ etiā in caſu illi⁹.c.iuramētū dolo vi vel me tu extortum eſt obligatoriū. c.veꝝ et.c. ſi vero.ſed itelligūt ar.a ɔtrario ſenſu ī effectu qꝛ ɔpetit abſolutio.cū iuramētū eſt ſponte p̄ſtitū nō ɔpetit abſolutio ali as non eſſet differentia inter preſtitum metu ⁊ ſponte ⁊ tamen iura communi ter in hac.l. loquētia excipiūt quando interueit dolus met⁹ vel vis ergo his ceſſantib⁹ nec tali cā exiſtente abſolutō denegabit̄. ¶ Quid āt ſi iteruenilſʒ ma gna deceptio ex parte minoris dicam ī caſu ſequenti.antequaʒ illa attingam rn̄deo ad ɔtraria q̄ in h̄ caſu ſūt poſita cū in dubio nō p̄ſumam⁹ minoꝛeʒ enoꝛ miter leſū nō obligat̄.p̄mū ɔtrarium h̄ reperit̄ ex pte recipientis in eo ꝙ cōtra legem ɔtraxit qꝛ vt ſupra dixi ſtatutuʒ diſponebat in fauoreʒ minoris p̄ncipa liter.⁊ iurādo renūtiſt fauori ⁊ ſic nul la turpitudo marie r̄ſpectu dei ⁊ ī actu ſp̄uali vbi r̄putat̄ maioꝛ de iudi.ſi ānuʒ li.vi.⁊ ibi attendit̄ ius naturale ⁊ diui nū potius q̄ʒ poſitiuuʒ ⁊ laicale vt nōt Inn.in.c.i.de regula.⁊ per hoc etiā ſol uitur ſecūdū ar.ɔtrahēs ɔtra legē pub licam vel bonos moꝛes p̄ſumitur eſſe ī dolo ſecus ſi ɔtra edictū in fauorē ipi⁹ ɔtrahentis ⁊ pro hoc tex.apt⁹ in d.c.cū ɔtigat ⁊.c q̄ʒuis ⁊.c.licet ⁊ in auc̄.ſacra menta puberū vbi ɔtract⁹ fuiſſet geſtuſ ɔtra legē vt dixi in p̄mo dubio ⁊ tn̄ ex

cipiunt caſ̄ʒ qn̄ interuenit dol⁹ g⁹ ex ſolo ɔtractu ɔtra tale ſtatutū nō p̄ſumit̄ do lus ſatis ſufficiens ad enarrādum iuramētū qḋ ꝑte fac̄ ɔtra Fred. ¶ Ter tiū argumētu etiaʒ pōt tolli p̄dicta rōe qꝛ ex q̄ lex erat ɔdita in fauorē minoriſ cui potuit renūtiari nō debet ſecū ɔtra hens aliq̄liter puniri.⁊ ſatis eſt ꝙ iura mento nō interueniēte nihil agitur.⁊ ꝑ h̄ iura allegata que ſi vllā culpā vl̄ dolū notāt in ɔtrahentes puniri in retractatiōe act⁹ ſeu ī abſolutiōe ipendenda bn̄ exp̄ſſiſſent facit etiā.c.i.⁊.c.verū ⁊.c. ſi vero de iureiu.ad hoc qḋ bene tetigi ſup p̄mo ⁊ ſcdo dubio ¶ Nō obſtat q̄r tū argumentū ꝙ iuramētū dʒ habere comites ⁊ veritat ꝛ iſpecta nō fuerit Iu ſtum eſt enim vt ſeruet ſuū iuramētum ex q̄ nulla repit̄ turpitudo qḋ licuerit fauori ſuo renūciare nec ſibi ſecūdo aſfuit diſcretiōis iudiciū ex q̄ nō temere nō caloꝛe iracundie ꝓceſſit nec decept⁹ fuit maxime enoꝛmiter ⁊ hoc ꝑ dēm.c. apoſtolice de re iudi. Et ꝑ hoc ɔcluden do rn̄deo ad vltimū qḋ de ɔditiōe adū ſarij ꝙ veriſſime pōt excipe cū ſua inter ſit ſaltē reſpectu ſecūdarie obligationis vt teneat̄ ad relaxatiōeʒ cū nulla eorū turpitudo repiatur. ¶ Nonus caſ⁹ eſt qn̄ retentis ſupradictis terminis vt qꝛ ſtatuto reſiſtente ɔtrahit̄ dat̄ leſio ī con tractu vel dat̄ leſio a ſtatuto reſiſtente ī minere.nūquid tūc peterit abſolutō pe ti a iuramēto et tūc dico qḋ leſio aut ē modica ⁊ de tali leſione iura nō curant ad h̄.c.abbas qḋ met⁹ cā ⁊ in.c. freq̄ʒs de reſtitutiōe ſpoli.li.vi. ⁊ in.c.i.de reſ.ī integꝝ facit.l.i. C.de reſcin.vend.⁊.c.cū dilectus ⁊.c.penul.de empt.⁊ venditio ne Aut leſio ē enoꝛmis ⁊ tunc ſi iuram̄ tum fuit ſimpliciter preſtitū ꝺ nō veniē do contra audietur allegando enoꝛmē leſionem quia in tali enoꝛmi leſione pre ſumitur dolus vt in.l.omnes.§.lucius de his que in fraudem cre.et i.l. que te ſtamentum.ff. de probatio. Non enim videtur iurans ad hunc caſum ſe obligaſſe argu.in.c.veniens ⁊.c.quintaual lis ad hoc quod communiter iura exci piunt dolū in talibus iuramentis ſed paria ſunt ꝙ dolus interueniat ex pro poſito vel re ipſa.l. ſi quis cuʒ aliter de verboꝛuʒ obligatio. ¶ Iteʒ turpitudo

reperitur ex parte fecipientis et pro ſ
faciunt ea q̄ viri ꝯ ſcḋm dominuȝ An
to.et videntur vera nõ ſolum ſi iuram̄
ta ſeu verba ſint indefinita.ſed etiaȝ ſi
ſint generalia.vt quia iurauit non con
trauenire nulla ratione vel cauſa qua
cũqȝ.quia hec verba debent ciuiliter i
telligi ⁊ ab eis excipi tales exceptiões
argu.optimũ in.l.creditor.§.lucius.ff.
mandati et in.l.ab aurelio.§.primo.de
liber.legata. ¶ Si autem verba ſunt
magis ſpecifica et lata ita quod aper
te videantur excludere remedia vt q̄a
iurauit non cõtrauenire eciam ratiõe
leſionis enormis.et tunc ſi verba cõclu
dunt ad vnum dumtaxat remedium ⁊
non aliud.vt quia iurauit non contra
uenire ratione minoris etatis illud tã
tum remedium videtur excluſiuum nõ
aliud.vnde non poterit contrauenire
tanquã maior.ad quod notat.c.penul
timum de emptione ⁊ venditione.facit
c.non poteſt de prebenḋ.li.vi. Et quod
notat Bar.et Cy.in.l.ij. de reſcinden.
venditione.vt quia iurauit non veni/
re contra nulla ratione neq̧ tanquam
maior ⁊ tunc tenet dominus Anto.in
c.cum contingat quod in maiore iura
mentum excludit remediũ reſcindẽduȝ
contractũ ⁊ remanebit cõtractus vali/
dus exquo aliter nõ ãnullatur a iure.
Idem tenet in minore quo ad leuẽ leſi
onẽ quo ad enormẽ poſuit non valere
cõtractum ⁊ iuramentuȝ ſed poterit pe
tere abſolutionẽ a iuramento in caſu
enormi⁊ enormiſſime leſionis quãtum
cũqȝ dicat ⁊ in iuramento ſpecificet ꝙ
non veniet cõtra cõtractum ratione e/
normis leſionis licet Bartho.⁊ alij te
nent cõtrarium in preallegata.l.ij.C.
de reſcinden.vẽditiõe.quod putat ve/
rum Do.Anto.etiamſi minor dixiſſet
quod illud quod plus valet dat ⁊ do/
nare intẽdit cõtrahenti ſecum ⁊ multa
ponũt in cõtractu quia nõ eſt ſine frau
de ⁊ dolo qui contrahit nedum cuȝ cõ
ſumpturo ſed in actu male conſumeture
.ff.pro emptione.l.ſi quis cum ſciret et
l.ſi vero nõ remunerandi.§.ſi vero ado
leſcens.ff.mandati.ff.de minor.l.quod
ſi minor.§.ſi.⁊.l.ij.ff.qua.rerum actio.ſi
datur vnde cum fraus ſit ex parte reci
pientis canonica iura nõ aſſiſtunt tali

bus iuramentis ⁊ hoc poſſunt etiaȝ ſi
minor iurauit omnia ⁊ ſingula eſſe ve
ra ⁊ illud eſſe verum precium quia cõ/
ſtito de oppoſito talia poſſunt reuocari
ḋ iureiurã.cũ i poſitionib᷒.et ꝙ ibi nõ.
quia iuramẽtum preſtitum cenſetur ſḃ
cõfidentia.quia illud ſit verum preciũ
qḋ ſtatuit vnde repto rem aliter ſe ha
bere nõ eſt piur᷒ licet taliter iurauerit
de iureiurã.quẽadmoduȝ.xxij.q.ij.ꝑ to
tũ ⁊ ſic dicit de facto ſe cõſuluiſſe i cau
ſa cuiuſdã puelle que a quodã ſuo atti
nẽte fuit inducta vt iurarȝ.nã talia ꝟba
ſepe apponũt notarij ex ſeipſis ⁊ alij ſḃ
inuolucro verboꝝ obripiũt iuramẽta
talia a minorib᷒ maxime femis que ſi
intelligũt quid agãt hec autem verba
do.Anto.ſunt elegãtia ⁊ quotidiana.
In eo tamẽ qḋ diſtinguit inter maiorẽ
⁊ minorẽ quo ad hũc caſum ex toto nõ
placẽt puto ei ꝙ eciã maior poterit cõ
trauenire quãtũcũq̧ illa verba fuerũt
late ↄcepta data leſiõe enormi vel enor
miſſima quia notarij cõmuniter hodie
ſolent apponere illa verba.ad maiorem
validitatẽ cõtractus ↄtrahentes tam̄
putãt illud eſſe verũ preciuȝ rei nec pu
tãt in aliquo decipi vnde ſicut poſſent
cõuenire ⁊ petere ſaltem abſolutiõeȝ ſi
dolus interuenit ex propoſito argumẽ
to in preallega.l.creditor ⁊ i.l.ab aure
lio ita ꝙ dolus interuenit re ipſa equipa
ratur eni dolus ex propoſito ⁊ dol᷒ re
ipſa vt in.l.ſi quis ãnualiṫ.preallega.
⁊ in.l.ij.ff.de doli ex.et hoc verũ niſi in
aliquib᷒ circumſtãcijs cõtrahẽtem ap
pareat voluiſſe illud vere in quo fuit le
ſus donare⁊ ſic poteſt itelligi.l.ſi quis
donatiõis.ff.de cont.emptiõe Induco
enim quãtumcũq̧ illa verba late cõce/
pta nõ preſumãt aĩmuȝ donãdi ſed po
cius appoſita ex cõſuetudine notarioꝝ
apponẽtium hec verba ſiue plus vale
ant ſiue nõ valeãt eſt enim ar.a cõiter
accidẽtib᷒ vt in cle.i.de cle.nõ reſi.et ꝙ
ibi nõ.⁊ ad predicta facit.d.nõ. Specu.
i ti.ḋ empti.et.vẽdi.§.nũc dicẽdũ.ꝟ.qḋ
ſi vendẽs equũ.vnde ponit q̄ſtionẽ de
illo qui vẽdit equũ qui dolebat ſaluo
q̄ quãdo erat calefactus in eũdo et vẽ
ditor dixit ego do tibi iſtũ equũ ꝓ ſtra
bo et gibboroſo dolẽte ſpatulã et hẽbit
oẽs magagnias nec volo ex aliq̄ teneri

an nihilominꝰ teneatur ſi aliter ſpecifice
ꝓpalauit.et cõcludit ꝙ ſic qđ videtur ꝺ
ceptoꝛ fuiſſe vendens ꝙ falſitatez dixe
rat in aliis expreſſat.l.vñ credidit ꝺiſſimi
liter dixiſſe de moꝛbo ſpoꝛtulaꝝ ⁊ ſic di
co ad ꝓpoſitũ ꝙ cũ notarii ⁊ ꝯtrahẽtes
ſolent verba ad cautelã lata ponere et
cludentia oĩa ꝛ̃media.certe ĩdubio iſte
nõ vr̃ donare vel ſeu pati oẽm leſionez
ĩndubio enim quis nõ p̃ſumit iactare
ſuũ.l.cũ de indebito.ff.de ꝓbać.⁊.c.ſuꝑ
hoc de renũc.accedant nõ.ꝑ eundẽ do.
Anto in.c.quitauallis de iureiurã.vbi
dicit ſe de facto ꝯſuluiſſe ꝙ ꝗ̃tũcũ ꝗ ꝺ/
ba late ꝯcipiãt in ꝑſonis arbitroꝛuz vt
puta ꝙ poſſent ius vnius ꝑtis in totũ
vel in ꝑtẽ dare alteri ⁊ ꝙ poſſet ꝓcede/
re alte et baſſe ⁊ ĩ modico ledere ⁊c̃.ꝙ ni
hilominꝰ poſſũt ꝙ poterit enoꝛmiter de
ceptus ꝯtrauenire licet nõ appareat de
dolo ex ꝓpoſito ꝫ tm̃ ꝺ ipa ĩ genere ⁊ ef
fuſo ſermone ꝓbata videtur emanaſſe
ſub ꝯfidentia ꝑſone ⁊ amicicia arbitra
toꝝ non enim extendit in tantũ mens.
vt verba ſonãt.qꝛ ꝺ verbis facile deue
nit ad oſtendẽdũ mẽtẽ ⁊ hoc faciũt po/
cius vt arbitroꝝ captẽt beniuolentiaz
ad nõ ledẽdũ ꝗ̃ ad ledendũ.ſi ergo ſe ꝺ
ceptos ꝯſpiciũt in hac re.dꝫ eis ꝓuide
ri.facit de inſti.c.cũ veniſſent vbi bonꝰ
ter.⁊ ibi nõ.ꝑ iſta generalitate verbo
rũ ⁊.dicto.c.veniẽs de iureiurꝰ.ff.de ad/
opẽ.l.libertus ⁊ maxime ꝫ ꝓcedit attẽ
to eo ꝙ hec ꝺba multociens apponunt
notarii p̃ter volũtatem ꝓmittenciũ Et
idẽ diſputãdo tenuit dñs Pe.de ãcha.
p̃miſſa ratione quia dolus ex ꝓpoſito
non tollitur ꝓpter hec verba latiſſima
nec dolus re ipſa ¶ Fateoꝛ tñ ꝙ Bar.
in.l.ſi ſocietatem.§.arbitroꝛũ.ff.ꝓ ſocio
ſentit contrarium quãdo verba ſũt ita
lata ⁊ non appareat ex ꝓpoſito Et idem
Hoſti.in dicto.c.quintauallis ⁊ Jo.an
in addi.ſpeć.in ti.ꝺ arbi.§.vt autẽ ꝺ.itẽ
quid ſi ꝯpromiſſum ſeu p̃mũ dictũ pluſ
placet rõnibus p̃dictis. ¶ Decimuſ ca
ſus ſi quando turpitudo repit ex parte
recipientis iuramentuz ita ꝙ locus eſt
relaxationi ⁊ abſolutioni ſed iurãs añ
petitiõem abſolutionis incidit in ꝑiuri
um nunquid hoc non obſtãte poteſt pe
tere abſolutionẽ ⁊ in hoc ꝯſidero duos
diuerſos modos iurandi quandoꝗ ei

quis iurat non venire ꝯtra ꝯtractũ ſed
ſoluere vſuras directe quãꝗ iurat õnia
⁊ ſingula contenta ĩ inſtrumẽto eſſe ve
ra ꝗ̃ verba erãt falſa ⁊ ficta in fraudez
vſurarũ in p̃mo modo iurandi aꝑte ſẽ/
tit Fred.ꝺ ſenis ꝯſilio.cclxxxiiii.in fi.ꝙ
ſi dꝫ audiri abſolutionẽ petẽs exꝗ̃ inci
dit ĩ ꝑiuriũ dić eni ꝙ petens abſolui a
iuramento dꝫ ꝑuenire terminũ ſolutio
nis faciende quia poſt terminuz nõ dꝫ
audiri cũ inciderit in periurium ⁊ fru/
ſtra legis auxiliũ inuocat ⁊c̃.de vſuris
qꝛ fruſtra allegat ⁊c̃.qđ nõt Jo.an.ĩ di
cto.c.debitoꝛes tenet oppoſitum Mouet
qꝛ ad duo erat iuramento obligatꝰ ad
ſoluendũ in termino ⁊ ad ſoluendũ ſim
pliciter.ff.de arbi.l.celſus et de dolo et
contu.cũ dilectuſ.etſi nõ ſoluit in termi
no.in hoc peccauit ⁊ eſt ꝑiurus.inꝗ̃tũ
ergo ſoluere eſt obligatꝰ.poſt terminuz
non peccat.⁊ ſic petere poterit abſolutõ
nẽ vel ſaltẽ poterat ſoluere ⁊ poſtea re/
petẽ ſcđꝫ eũ.⁊ ꝫ vltiᵐ vt ſoluat ⁊ repe
tat m̃ plꝰ placet.qꝛ lꝫ inciderit in ꝑiuri
um.non tamen debet repelli a proſecu/
tione iuris ꝓꝛii iiii.q iii per totum.ꝓba
re eñi poteſt ꝙ ius repetendi ſibi ꝯpetẽſ
ſit ſublatũ ex eo ꝙ incidit in periuriuz
ſed in quantum dicit ꝙ poteſt etiãſi ve
lit petere abſolutionem et mihi nõ pla/
cet indiſtincte ꝓut loquitur ꝑ ea ꝗ̃ no/
tant in.c.debitoꝛes et quod ſtatiꝫ ſubii
ciam Nec obſtat ratio do.Anto.imo fa
cit potius ꝯtra eum Si enim etiaꝫ poſt
lapſum remanet obligatꝰ.ergo dꝫ ꝯpel
li ad ſolutionem per.ca.debitoꝛes.nec
debet audiri petens abſolutionem.qꝛ
petendo remaneret in peccato.ſemꝑ ei
poſt terminũ eſt in moꝛa vt in p̃ealle.l.
celſus ⁊ in dicto.c.cum dilectus.et ideo
aſſidue peccaret.⁊ peccatuꝫ eſſet tanto
grauius quanto diuturnius de cõſue.
c.fi. ¶ Item tociens quis incidit ĩ ꝑiu
rium quotiens quis venit contra iurã/
mentũ.c.ad apoſtolice de regulis iuris
in vi. ¶ Unũ tamẽ puto ꝙ ſi petendo
abſolutionem non ꝑſeuerat in peccato
qđ poſſit petere abſolutiõem poſt termi
nũ licet inciderit in ꝑiurium ⁊ hoc rõe
obligationis inſtantis.Pone exẽplum
in vendente rem per metũ ⁊ iurante ſi
contrauenire quanꝗ poſtea contraue
niat non petendo prius abſolutionem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a iuramēto tamē illā petēdo nō peccet
nec ꝑſeuerȝ in pctō cū tamē fuerit illud
pctm̄ momētaneū ⁊ nō ſucceſſiuū quā
quā enī quis nō cōtrauenirȝ nō tamē
peccat petēdo abſolutiōeȝ qꝛ hec nō iu
rauit ar.c.ad audienciā qd me.cau.⁊.c.
verū.⁊.c.ſi vero de iureiurand.intelligi
tur enī ꝙ nō ɔtrauenir ſtāte iuramēto
ar.c.ſicut de ſpon.⁊ ſic poteſt reduci ad
ɔcordiā hoꝝ doctrina .In ſecūdo vero
modo iurādi ſcȝ omnia ⁊ ſingula vera
eſſe ⁊c.que tamē ſunt ſimulata ⁊ falſa
ſentit agte do.Ifred.in dicto cōſilio ꝑri
mo qd poteſt petere abſolutiōeȝ ⁊ ꝙ ex
tali mō iurādi nō īciderit in ꝑiuriū ⁊ h̄
ſentit iuncto prin° cū ſi.nihil eū inouē.
¶ Sed dn̄s Anto.in dicto.c.cum ɔtin
gat incidēter ſentit oppoſitum ſcȝ ꝙ iſte
ſit ꝑiurus ⁊ ꝙ nō debet audiri allegās
ſimulationē quia ī hoc detegerȝ turpi
tudinē ſuā cū ex hoc allegaret ſe ꝑiurū
de dona.inē dilectos niſi ſm eum veni/
ret ꝑ viā denūciationis euangelice ad
exonerādū ɔſcienciā aduerſarij quia h̄
non obſtarȝ turpitudo inq̄ntū animaȝ
īſequiē vt in.c.quēadmodū de iureiu
rand. ¶ Sed aduertendū quia in hoc
expreſſe ſentit cōtra Ifred.nec de eo fa
cit mentionem. ¶ Item videtur cōtra
illud quod ipſe facit in.c.debitores vt
ſupra recitaui vbi tenet ꝙ etiaȝ poſtq̄
incidit in periuriū poteſt petere abſolu
tionē.concordando dicta ſua dictis fre
derici iudicio meo ꝙ niſi quis aliqua
neceſſitate ductus ſic iurauit falſum vt
quia alter alias nō poterat recipe mu
tuum.vel euadere metū ſibi illatum ꝙ
tunc habito reſpectu ad neceſſitateȝ in
qua erat ɔſtitutus.⁊ quia ex quo ɔtra
ctus fuit ſimulatus ꝙ audiatur peten
do abſolutionē.et quia ſic iurādo fuit ī
aliqua culpa aduerſarius tamē reperi
tur in maiori ar.l.ſi obſtitrix in fi.ff.ad
l.acquil.⁊ hoc caſu ꝓcedit dictum Fre
deri.ſed ſi nulla neceſſitate ductus hoc
fecit imo potius ad deceptionē alteri⁹
tunc non audiatur allegādo ſimulatio
nem ad cōmodum ſuum ex quo tetigit
turpitudinem ſuam in ꝑalſ.c.inter dile
ctos ⁊ in.l.ſi quis predium.§.quid.ff.d
lega.ij.⁊ hoc caſu procedit dictum do.
Anto. Et circa hunc caſum ⁊ prece
dentem aduerte.quia quidā cōſuluerit

per nō.i.c.debitores ꝙ in predictis caſi
bus ī quib⁹ cōpetit abſolutio nō debet
ſuperior abſoluere niſi in ſubſidiū qn̄ il
le nō vult relaxare cū fuerit ɔſtituȝ ad
hoc .c.i. de iureiuran.vt ſentit Innoc.i
c.debitores ⁊ prima frōte videē etiā ſe
qui Jo.and.in addi.Spec.de iureiurā
do.ſuper.lx.c ſed tamē videē ɔcludere
in oppoſitū ⁊ aperci⁹ do.Anto.tenet in
c.i.et in.c.debitores preall.⁊ ſic pricipa
liter pōt adiri ſuꝑior ꝓ abſolutione ha
bēda. ¶ Itē ꝙ licȝ remedia ſunt eq̄ pri
cipalia nō min⁹ ad aliud ſubſidiarium
pōt recurri ⁊ ſic poterit ergo iurat⁹ pe
tere vt creditor ɔpellaē relaxare iuram̄
tū. ¶ Itē ſi vult poterit directo petere
a ſuperiore vt eū a tali iuramēto abſol
uat q̄ abſolutionē debȝ etiā impedire
creditorē relaxādo non cōtumacē.debȝ
tamē vocari creditor in abſolutione qꝛ
ſua intereſt vt ipſe ɔcludit ⁊ ibi Jo.an.
et ꝓbaē in.c.ſi vero.⁊.c.verū de iureiu
rand.⁊.c.ad aures ⁊.c.abbas qd me.
cau.in quib⁹ iurib⁹ patȝ ꝙ data turpi
tudine ex parte recipiētis pōt p̄ncipali
ter adiri ſuꝑior ⁊ ſic ſunt duo remedia
principalia ⁊ hoc ſatis videtur ſentire
frede.de ſenis in ɔſilio.cc.lxxxviij.iūcto
ɔſilio.c.xciiij.qui de hoc ordine nō vid
tur aliqualiter cogitaſſe.h̄ imo p̄ſuppo
naē qd petebaē relaxatio ab adūſario
In alio vero ꝙ petebaē abſolutio a ſu
periore principaliē ⁊ ibi ꝑ eū eleganter
An iudex eccleſiaſtic⁹ poteſt mittere in
diſtincte inhibitoriaȝ iudici ſeculari vt
non procedat ſuper inſtrumēto pendē
te queſtiōe corā eo ſuper abſolutiōe ⁊c.
¶ Undecim⁹ ⁊ vltim⁹ caſus quando
quis iurauit nō repetere nec petere ab
ſolui nec aliquā querelaȝ aut querimo
niam ſuper his deponere ⁊ tūc ꝑ nō.in
c.i.ad noſtraȝ el.ij.de iureiurando.con
cludo ꝙ duo erant principalia remedi
a ⁊ tuta.vnum ꝙ iudex procedat ex of
ficio ſuo quod poteſt ex quo intendit
ad correptionem peccati vt in dicto.c.
ad noſtrā ⁊ videē caſus apertus in.c.
tuas de vſurl.Secūdum remedium vt
debitor procedat per viam denūciatio
nis euangelice ſeu cuiuſdam intimaci
onis.nam hoc remediū denūciationis
nullo remedio poteſt excludi.quia non
poſſet ſeruari ſine periculo anime vt in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

c.quadmodū de iureiurā. ⁊ qđ ſbi nōt i
dicto.c.ad noſtram ⁊.c.i. ⁊ qđ nō.gl.xv.
q.vi.auctoritatē ⁊ ſi elegit viā denūcia
tionis requirit p̄cedens monitio p.c.ſi
peccauerit ij. q.i.de iudi.nouit Si v̄o p
viā denūciationiſ ſimpliciter tūc putat
dn̄s Anto.in dicto.c.monitiōem nō ne
ceſſariā qđ ſatis placet vt ſic facta mo/
nitiōe ſimplici p̄t ſuperior ex officio ſuo
pcedē ad correptōez peccati ar .xxiiij.q
iiij.ecce Poſſent et alij caſus adduci
ſed ſatis reducibiles ſunt ad predictos
⁊ per hoc plene ⁊ clare habetur materi
a q̄tidiana abſolutiōis obtinēde ſeu d
negande q̄ in varijs locis ingerit diffi/
cultatē maxie iuuenib⁹ ⁊ librorum copiaz
nō hn̄tib⁹ Laus deo.

Diſputata fuit hec qō p dn̄m. Nico
laū de ſicilia decretorum doctorē in famo
ſiſſimo ſtudio Senarum et ad vtrāqꝫ ptē
dubiorum r̄ndit periciſſim⁹ vir dn̄s Petr⁹
Antonij auditor meus ciuis ⁊ canoni
cus Seneñ. Anno dn̄i M.ccccxxi. Die
vero xxviij. Januarij.

Ad honorē glorioſiſſimi dn̄i nr̄i ieſu
xp̄i eiuſqꝫ piiſſime genitricis Marie ⁊ fe
licitatē eccleſie ac rei publice oīm qꝫ ſtu
dio iuril.operā dantiū.has diſputatiōeſ
ſubtiliſſimas dn̄i Nicolai abbat. Sicu
li.flores ac dicta ſigularia legū ac cano
nū i ſe oplectēteſ ego Jo. Coelhoff ciuiſ
inclite ciuitatis Colonie ex Jtalico
exemplari neapoli antea ſat corrupte i
curia equidē correctori. impreſſo emen/
datas ipmere ꝑprijſ curaui ſūptibus.ß
Anno domini M.cccc.lxxvij. de quo ſit
Laus deo. Amen

## Ilo clerici

de Ordine inſigniti quorum alter
exemptiōis p̄uilegio erat re
dimitus ſe ad inuicem inuidia vel indi
gnatione pcuſſerunt ſicqꝫ in ſniam ca/
nonis Si quis ſuadente pariter incide
rūt.ab ep̄o loci manus abſolutioniſ ex
emptuſ obtinuit.ↄtra alterum vero ipi⁹ ex
officio pceſſit vt pro tāto exceſſu dignā
reciperet vltionez.ipe aūt ad iudiciū in
ipſius ep̄i p̄n̄tia euocatus in ipz ep̄z ex
iuſta ⁊ rōnabli cā exceptōem recuſatio
nis obiecit Sed ep̄us hac recuſatiōis
exceptiōe ↄtempta ad vlteriora pceſſit
q̄ſdam qz articuloſ explicauit poſt hoc
ipam cām ante iudicialem ſniaz cuidā
puido delegauit corā quo iſte clericus
euocatus aduerſus pceſſum poſt recu
ſationem ꝑpoſitam p ep̄m initū. queſtio
nem mouit. Et tantem propter hoc ⁊ a
lia grauamina ad metropolitanū omiſ
ſo ep̄o delegante in vocem appellatiōiſ
prorupit interea vero quidam Abbas
ad quez cui⁹dam beneficij p dictū cleri
cum poſſeſſi collatio ↄpetebat. eundem
clericuz quia multis annis in dicto be
neficio reſidentiam non fecerat ppetuo
ab eodem beneficio duxit ſequeſtrādū
Ex hoc themate quatuor p̄ncipaliter e
liciunt dubia quorum p̄mū ē tale
Nūquid a iuriſdictōe ep̄ali exempt⁹
in ſniam canonis incidens valuit ab e
odem ep̄o munus abſolutiōis cōſequi
2m An pceſſus initus p iudicem p⁹
recuſatiōem in ipius iudicis pſonā et
cauſa ꝑpoſitam citra appellationis int̄
poſitionem teneat
3m ſi a delegato ordinarij r̄cuſati ap
pellare ↄtingat An poſſit ad ſuperiorē
ipius recuſati eo recuſato omiſſo appel
lari An vero ſit ad eundem recuſatum
vt alium delegatū deputet appellandū
4m Nūquid p̄latus citra ep̄m alicu
ius beneficij collatiōem de iure cōi vel
ſpeciali ſibi vendicans intitulatum de
eodem beneficio al's ſibi non ſubiectuz
valeat non reſidencie occaſione.eodem
beneficio ppetue priuare.

e Et vt morem fideliſſime vetu
ſtatis ſeruez iuxta. l.teſtamē
tum. C.de teſta.⁊ cū ↄſuetu/
dinis vſuſqꝫ longeui non ſit

leuis auctoritas de con ſue.c.cū in cen
ſuetudinis Arguaꝫ pmo ad partē affir
matiuam primi dubij videlicet ꝙ exem
tus excoicationis vinculo inodatus
valeat ab epo abſolui Et pꝰ ſic priuile
gio et iuri non odioſo ſed i alicuius fa
uorem inducto renuntiare quis poteſt
ſiue illud ius ſit conceſſū collegio et or
dini de puile.c.ſi de terra et.c.accedenti
bus et de conſti.cum acceſſiſſent ⁊.c.cū
M.et de pben.pro illoruꝫ.ſiue ſingulari
bus perſonis de elec.quod ſicut.de re
gula.ad apoſtolicam et.c.ſtatuimus.v
iij.q.i.quam piculoſum.C.de pac.ſi qs
in conſcribendo et.C.de procura.l.non
eo minus.cum ergo hoc ius exemptio
nis ſit fauorabile non odioſum et reſpi
cit priuatam vtilitateꝫ exempti potuit
illi renuntiare faciēdo ſe abſolui ab epo
Et maxime quia ſi artaret pro abſolu
tione ire ad curiaꝫ romanā vel ad ſuū
ſuperiorem longinquum illud puilegi
um foret ſibi damnoſuꝫ et contra regu
lam quod ob gratiā alicui concedit in
eius diſpendiuꝫ retorqueri non debet
de re.iu.li.vi quod ob gratiā alicui oce
ditur et in pdicta.l.non eo minꝰ et de p
uile.in his et.c.ſi papa eo.ti.li.vi.Et p/
dicta vident pcedere ſiue dicamꝰ abſo
lutionem eſſe de foro contentioſo vt qꝛ
alterū ledit.facit c.excoicatos. ⁊ qđ ibi
notatur i glo.xi.q.iij.que dicit aduerſa
riuꝫ citanduꝫ in abſolutione ſiue dica
mus eam eſſe de foro pniāli.iuxta glo.
in.c.ij.de.pe.et remiſ.li.vi.vtroqꝫ eni ca
ſu videt abſolutionem p epiſcopū fieri
poſſe Nec obſtat ſi dicatur quē nō poſſe
etiam in clericū conſētire ſine auctorita
te dioceſani vt in.c.ſignificaſti de fo.cō
pe.et de pe.et remiſ.omnis. papa auteꝫ
eſt dioceſanus exemptoruꝫ vt notat de
pui.c.auctoritate.li.vi .et in.c.nulla.xci
iij.di.ergo ſine pape licentia clericus R
non poteſt nam reſpondet mltiplicīter
Et primo ꝙ aliud ē ſubiectū ordinario
